



Biogr. erud.
232



Biogr. erud.





Collect. Vitt. Auditor: ~~503~~

Vitt. Theol. Ia. - 82

THEODORI CRVSII
SYMBOLOTHECA
DOCTA,

SIVE

GNOMÆ SYMBOLICÆ

CELEBERRIMORVM IN OMNIBVS FACVL-
TATIBVS ERVDITORVM CLARORVMQVE
VIRORVM.



INSERITVR
ELIÆ GEISLERI
DISPVATIO

DE

SYMBOLIS *f. Leib-Sprüchen/*

ET

L. GEORGII WEISSII
MANIPVLVS SYMBOLORVM.

LIPSIÆ,

SVMP TIBVS HÆREDVM RORLACHIANORVM.

cl^o l^o c^o c^o xxi.

THEODORI CRYSI

SYMBOLOTHECA

DOCTA

215

GNOMAE SYMBOLICAE

CELEBRATISSIMVM IN OMNIBVS SACRIS
LITTERIS ERUDITORVM CLARISSIMVS
VIRORVM

INSERITVR

ILLIUS GEISTLICHEN

DISPUTATIO

DE

SYMBOLIS ET SPIRITIBVS

ET

J. GEORGE WISSEN

MANIPVLVS SYMBOLOIVM

LIPSIÆ

SVMPTEBVS HEREDVM ROSEACIIANORVM

MDCCXXI



PROV. SALOM. XXV, 10.

Ein Wort geredt zu seiner Zeit, ist wie
gülden Aepffel in silbern Schalen. B. Lu-
therus in Scholio marginali: Als Pome-
ranken und Citronen.

*Multum delectant mala aurea, lance
reposta*

Argyrea: sed plus tempore dicta suo.

ECCLESIAST. SALOM. XII, 11.

Die Worte der Weisen sind Spiesse und
Nägel.

*Non adeo penetrant peracuta cuspide
clavi*

*Ac stimuli, ut penetrant Sapientum
Dicta Virorum.*

LVCRETIVS LIB. III. v. 18. seqq.

*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetua semper dignissima Vita.*

Ein Wort getret zu keiner Zeit, ist wie
gilden Bleich in einem Schalen. B. L. L.
chens in schono marginali: Als Donn-
rungen und Veronien.
Nichtum abestant malis carere, lance
Argyrea: sed plus tempore dicitur suo.

Die Worte die in den Schalen sind
Ständ.
Von also perennant pericheta caspide
Ac similib, ut perennant sapientum
Dicitur V. 10. 10.
Pluriferis ut apes in salibus uentis
Omnia nos itidem deponit ut carere dicitur
Antea, perpetuo semper dignissima V. 10.



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

THEODORVS CRVSIVS.

DVdum equidem Reipublicæ
Literariæ Statores cum *CL.*
Lilienthalio a) SYMBOLO-
THECAM DOCTAM, Celeberrimorum
in omnibus Facultatibus Erudi-
torum Clarorumque Virorum GNO-
MAS SYMBOLICAS continentem,
defiderarunt, sed res hæc nescio quas
ob Causas hucusque Voti mansit, fa-
ma-

) 3

ma-

a) Vide *Ejus Selecta Historica & Literaria Continuata* p. 70. sq. Confer *Ejusdem Consultationem de Historia Literaria certæ cujusdam Gentis scribenda* p. 126. sq.

maque de Nonnemine Lipsiæ editionem Symbolothecæ hujusmodi meditante sparsa jam jam iterum evanescere videtur. Etenim præter *Eliæ Geisleri* b) *Georgii Weissii* c) & *Thomæ Crenii* d) Conatus, nemo mihi ferme cognitus est, qui in hoc Curiositatis genere hactenus aliquid ex Professo præstiterit. Ea enim quæ *Claudius Minos*, e) *Emanuel Thesaurus*, f) *Jacobus Masenius* g) alii-

b) Cujus extat *Disputatio de Symbolis sive von Denck- oder Leib-Sprüchen* / Lipsiæ Anno 1674 habita, ibidemque Anno 1675. auctior recusa; in qua brevem Symbolorum ab Eruditis usurpatorum necit Catalogum.

c) Collegit hic *Manipulum Symbolorum Clarorum Virorum Omnium Facultatum* cum Explicationibus Eruditorum & in Prodromi vicem Symbolothecæ Theologicæ & Politicæ Jenæ 1691. 4. typis vulgavit. Conf. Litteras *Weissii* ad *Heckelium* datas, quas hic adducit in Præfat. ad Popmam de Differentiis Verbor.

d) Vide *Ejus* Animadversiones Histor. Philologicas Part. XI. p. 128. sqq. & Part. XII. p. 208. sqq.

e) In *Syntagmate de Symbolis*, quod Commentariis *Ejus* in *Alciati* Emblemata præfixum legitur.

f) In *Idea arguta & ingeniosa dictionis* c. XXIII. & XXIV.

g) In *Speculo imaginum veritatis occultæ* L. V. c. XLIII. sqq.

aliique de Symbolis tradiderunt, Ideas potius generales de Symbolis quam Symbolothecas ipfas dixeris. Ne igitur & in posterum utilissima pariter & jucundissima hæc Rei Litterariæ Pars derelicta habeatur, ipsemet mecum constitui in Palæstram hanc ascendere & Vires humerosque meos explorare. Exhibeo itaque tibi in præfenti **SYMBOLOTHECÆ DOCTÆ** h) Specimen unum, quod cum ex aliis tum ex supra adductis Rei litterariæ monumentis horis subcessivis

h) In adducendis itaque Imperatorum, Regum, Electorum, Principum, Comitum, Baronum aliorumque Heroum Symbolis modus mihi servandus erit, ne scopi fines transiliam; Contentus ferme cum Collectione Geisleriana, quæ hic apparet. Poterunt tamen, præter *Eliæ & Nicolai Reusneri*, fratrum, Labores, in subsidium vocari *Wolffgangi Krügeri Catalogus Hoher und Vornehmer Personen*; *Jacobi Masenii Speculum Imaginum Veritatis occultæ* p. 488. sqq. *Erdmanni Uhsii Kaiser Historie*; *Basilii Foertschii Reime auf grosser Herren Symbola*; *D. Job. Davidis Schiferdeckeri Fürstliche Gedancken*; *Erdmanni Neumeisteri Worte der Weisen*; *Christiani Schlegelii Biblia in Nummis &c. &c.* Quorum Scripta ferme scatent ejusmodi Symbolis.

sivis collegi, atque in hunc, quem vides, ordinem redegei. Ne vero Opus in im-
 mensum cresceret, in Explicationibus
 Symbolorum parcior fui; Remisi tamen
 sæpissime ad Auctorum loca, in quibus
 citandis & evolvendis, quantam potui,
 adhibui diligentiam & fidem. Tuum
 vero jam erit B. L. Judicium, an scriptum
 hoc dignum sit, quod publicum expe-
 riatur. Quod si Te, ut spero, conatibus
 meis favere sensero & reliqua specimina
 cum Deo & Die in lucem protraham.
 Quia autem Labor hic magnus hercle est
 nec unius hominis, Officia tua simul of-
 ficiose & amanter mihi expeto. Vale.

Dabam Suidnicii e Musæo meo
 ipfis Nonis Decembribus
 A. O. R. clō lō cc xx.





ELIÆ GEISLERI

Reussendorff-Silesii,

DISPUTATIO

DE

SYMBOLIS

Von

Denck- oder Leib-Sprüchen /

Q V A M

PUBLICÆ ERVDITORVM DISQVISIONI
SVMISIT

LIPSIÆ A. G. M. DC. LXXIV.

B. C. D.



Ualem quisque animum possideat, Honestate ne an nequitia imbutum, plerumque Lingua, fida illa mentis interprete (secundum *Synefium*) testatur. Hinc fit, ut ii, qui Virtutis castra sequuntur, repudiatis omnibus Vaniloquiis, honesta effata, inter quæ non ultimum sibi vendicant locum SYMBOLA, ament atque sectentur. Cum autem talia SYMBOLA non tantum in se sint animi præstantis *πρωϊσματα*, * Verum etiam aliis ad Virtutis studium incitamenta: ** Operæ pretium duxi, de iis in præsentia tracta-

A

tracta-

tractatione per certas tum *Tbeses* tum *Exempla* agere. Ut autem ea tractatio felici peragatur successu, mentem manumque erigat & dirigat TRINUNVS!

* Non semper tamen Symbola animi honesti ac præstantis *Γνωρίματα* esse, dudum observavit *Dn. Bernhardus* in *der Historie der Gelehrten* p. 627. Denn weilen man aus denen Symbolis derer Gelehrten Inclinationes hat errathen wollen, so haben sie sich damit besser vorgeesehen, damit sie sich nicht selbst verrathen möchten, und haben die Meisten sich etwas Geistliches ausgelesen, da sie sonst ausser ihrem Symbolo weiter nichts Geistliches an sich gehabt.

* * Hinc *CL. Crenius* P. XI. *Animadv. Philolog. Histor.* p. 128. hunc in modum scribit: *Symbola Eruditorum & Clarorum Virorum magna non raro mihi dederunt in Adversis solatia, habentque illa aliquid doctrinæ.* Insuper vero & Symbola in scriptis Anonymis detegendis, si ea imprimis Onomastica sint, suum quodammodo habent usum, teste *Lilienthalio* in *Consultatione de Historia Literaria certæ cujusdam gentis scribenda* p. 126.

§. I.

Symboli ETYMOLOGIAM excussuris, opportune succurrit *Aristoteles*, qui ipsam *Etymologiam* vocat *Symbolum Vocabulorum*, per quod scil. vis verbi vel nominis cognoscitur. Derivatur autem *Symbolum* a græco verbo *συμβάλλειν*, quod non solum significat *conjicere*, sed etiam *considerare & explicare*. a)

a) Vid. *Corn. Schrevelius* in *Lexico Græco-Lat.* sub hac voce p. 729. b. * Confer. *Becmani* *Origines Linguae Latinæ* p. m. 345.

§. II.

Ratio derivationis ad nostrum scopum directa hæc est, quia is, qui aliquo Symbolo sententiam animi sui indigitare cupit, eam prius probe secum considerat: Utpote cum Symbolum nota quædam & tessera esse debeat, qua indoles cujusque serio indicio distinguitur, β) ita ut postea etiam exinde quasi *conjici* colligique queat.

β) *Er. Puteanus* in *Palæstra bonæ mentis* sub fin.

§. III.

SYMBOLVM, uti plurima alia vocabula, in vario admodum

modum significatu occurrit, sive consulamus *Philologos* sive *Philosophos* sive *Theologos*.

§. IV.

Theologi Symbolum capiunt 1. pro summa s. brevi & pia Confessione fidei Christianæ, qua Christiani ab hæreticis, Ethnicis, Judæis aliisque discernuntur; qualis v. g. est Symbolum Apostolicum, Athanasii, Ephesinum &c. * 2. Pro signo rerum sacrarum, quemadmodum Panis & Vinum in Eucharistia vocantur symbola externa Corporis & sanguinis Christi. γ)

* Evolve pluribus *Gerard. Jo. Vossium* de tribus Symbolis & *Ufferium* de Symbolo Apostolico, ubi multa disputant, quæ sitim eorum explere possunt, quibus hæc curæ sunt.

γ) Vide *Jo. Gerhardi* *Locor. Theologicor.* Tom. 5. de Sacra Cœna c. 5. n. 19. p. m. 10. b. * Confer *Suiceri* *Thesaurum Ecclesiasticum* Tom. II. p. 1081. 199.

§. V.

Apud Philosophiæ ἠθικῆς aut μουσικῆς Indagatores vocabulum Symboli aliquando affirmatur *de Re* aliqua notabiliore, quæ sit nota significativa rei alias occultæ δ) aliquando autem affirmatur *de Sententia*, quæ reconditæ sapientiæ dictamina in se continet. ε)

δ) E. g. Cum Elephas dicitur esse Symbolum Pietatis, Grus Vigilantiæ, Canis fidelis Custodiæ &c. Sic Scythicus Caduceator Dario una cum muneribus quibusdam Avem, Murem, Ranam & quinque Sagittas obtulit. Explicationem suggerunt *Auctores Palatii Eloquentiæ* Exercitat. 3. Lect. 3. punct. 7. p. 159. * (Huc ergo spectant Hieroglyphica *Collectanea Horapollinis, Jamblichii, Jo. Pierii, Kircheri, Marshami, Pignorii, Calii Calcagnini, Thomæ Galæi, Mich. Meyeri* & aliorum, item *Nicolai Caspini* *Symbolica Ægyptiorum* sapientia.)

ε) Quorsum spectant Symbola Pythagoræ, quorum Collectionem & dilucidationem debemus *Brassicano*, uti constat ex opere *Adagiorum Des. Erasmi* p. 773. * (Sic eadem quoque conlegerunt & exposuerunt *Claudius Minor, Lilius Gyraldus, Franciscus Bernius, Philippus Beroaldus; Calius Calcagninus, Joachimus Camerarius, Theodorus Marcilius, Mich. Neander, Petrus Neebham, Magnus Daniel Omeisius, Conradus Rittershusius, Georgius Ludovicus Hambergerus* alique, qui apud *Jonsium* & *Dornium* passim recensentur.) Per talia Symbola

duo quoque Hispanici Scriptores, *Ludovicus Vives & Didacus Saavedra* apud politiores homines innotuerunt. * (habentur quoque Symbola *Alciati, Paradini, Sambuci, Adriani Junii, Camerarii; Schænbovii, Buxtorffii, Beza, Justi Reiffenbergii, Ferri, Picinelli, Typotii* aliorumque quos enumerare non attinet. Pulchra quoque sunt, quæ ex porticu Regia Parisiensi collegit *Joannes Guiffius.*)

§. VI.

Apud Philologos quoque multimodis se familiare reddidit Vocabulum *Symboli*. Accipitur tamen plerumque pro speciali aliqua nota rerum civilium, quæ alias *Tesseræ* nomine venit, uti sunt

1. *Symbolum Militare*, quo socii ab Hostibus & exploratoribus dignoscuntur. §)
2. *Symbolum fœderis aut favoris*, quod olim dabatur publice a Civitatibus quibusdam hominibus sibi amicis, ut hospitaliter & amice acciperentur in oppidis fœderatis. ¶)
3. *Symbolum frumentarium, Korn-Zeichen*, quo exhibito unusquisque frumentum pro portione accipiebat a Præfecto annonæ. §)
4. *Symbolum seu pignus Convivale*, quo quis Symposiarcho se obstringebat, ad condictam cœnam certo tempore futurum & onus inpenfarum laturum. Id pignus aliquando erat annulus: unde & Symbolum pro annulo sumitur. ¶) Non vero tantum illud Pignus Convivale, sed etiam illa Collecta seu Cellatio, quam quilibet postmodum Convivarum in epulas faciebat, vocata fuit Symbolum ¶)

§) Vid. *Plinius Histor. Natural. Lib. 7. c. 56. p. m. 340.* Symbolum autem sive *Tessera* talis posset distingui in scriptam & nuncupativam. Hanc germani vocant die *Losung, das Wort, ein heimlich Wort-zeichen.* Talem tesseram nuncupativam s. vocalem militibus suis contra *Midionitas* exeuntibus dedit *Gideon* (annotante *Fesslio* in *Adversariis sacris Lib. 5. c. 7. num. 17. p. 460. (9.)* ita sonantem: *Hie Schwerdt des H'Ern und Gideon!* *Judic. VII, 20.* Sic *Judas Maccabeus* jamjam pugnaturus cum *Antiocho Eupatore*, militibus suis hanc tesseram sive *Losung* dedit: *Gott gieb Sieg!* *2. Maccab. XIII, 15.* * (Sie temporibus

poribus motuum Civilium & seditionum intestinarum apud Romanos *C. Marii* Symbolum fuit: *Lar DEus*; *L. Syllæ*, *Apollo Delphicus*; *Caji. Caf. Julii*: *Venus genetrix*. Non solum autem in pugnis sed etiam in vigiliis castrensibus Symbola id genus dari consueverunt, ut *Palma*, *Virtus*, *Victoria* &c. Evolve pluribus *Lipsum* de Militia Romana L. 5. c. 9. *Thysium* in Roma illustrata p. 110. & 133. sq. Confer *Hoffmannum* P. II. Lexic. Universal. p. m. 957. & *Crenium* l. c. P. XI. p. 145.)

- 7) Videatur *Henr. Decimator* in Thesauro Linguarum, sub voce Symbolum, qui insimul addit, eodem Symboli nomine insigniri posse *Tesseras Collybisticas* die *Wechsel-Briefe*. * (Consule *Budæi* Annotationes in Pandectas p. m. 308. sq. Jus vero hoc tesserae hospitalis magnopere asseruabatur ab antiquis, uti hoc patet ex quodam *Plauti* loco in *Pænulo* 5. 2. 86. Et in *Cistellaria* 2. 1. 26. Ubi *confringere tesseram*, est, *violare Hospitalitatis Jus*, ut notat *Erasmus* Chil. 1. Cent. 10. Adag. 51. & *Paræus* in Lexico *Plautino*.)
- 8) Qua de re legi potest *Svidas* & *J. Lipsius* quos citat hac in materia *Jac. Pontanus* in *Bellariis* *Atticis* Lib. I. Syntagm. 3. apophth. 2. p. 103. sq. * (Addatur *Contarenius* de frumentaria Romanorum largitione p. m. 100. sq. *Briffonius* de verborum significatione p. m. 590. & *Budæus* l. c. p. m. 393.)
- 9) Vide *Martini* *Lexicon Philologic.* sub voce Symbolum. * (Hinc Symbolum Nuptiarum quoque annulum significat, teste *Kornmanno* de triplici annulo p. m. 35.)
- 10) Vid. *Terentius* in *Andr. Act.* I. Sc. I. v. 62. & in *Evnuch. Act.* 3. Sc. 4. v. 2. Germanis dicitur eine *Urt*, *Urten*, *Zech*, item *Zech Geld*. Inde Phrasis illa: *seine Urten legen* (Symbolum suum dare, addere.) annotante *Dn. Just. Georg. Schottelio* in *Opere von der deutschen Hauptsprache* Lib. 5. tract. 6. p. 1438. sub voce *Urt* * (Hoc sensu plerique *Viri eruditi* etiam *Symbolum* & *Symbolam* uturpant in neutro & feminino generibus. *Turnebus*, tamen, *Casaubonus* & alii quibusdam rationibus affirmant, *Symbolam* non *Symbolum dedi* esse legendum apud *Terentium*; Evolve *Taubmanni* *Commentarium* in *Plautum* p. m. 484. & 957. *Lambini* *Commentarium* ad *Carmina Horatii* p. m. 248. De Conviviis vero hisce Symbolicis lege *Stuckii* *Antiquitates Convivales* L. I. c. 34. p. m. 130. sqq. Et accipe simul adhuc sequentes a me *Vocabuli Symboli* significationes. Sumitur enim *Symbolum* quoque pro *Signo*, quod *epistolæ*, vel *vasi*, aut *dolio*, aut cæteris ejusdem generis

imprimitur, ne resignentur a quibus minime oporteat, idque Galli vulgari lingua *Marquam* nominant; Item pro *Principis numismate*; porro pro *Conjectura* seu *indicio*, quo prænoscimus aliquid, vel coniecimus, vel observatione dignum putemus, quo sensu ad res varias transferri testantur auctorum monumenta; Vide *Claudii Minois* Syntagma de Symbolis p. m. 24. Præterea sumitur pro *Indictione* quam barbare *Taleam* vocamus, teste *Budæo* l. c. p. m. 300. Cæterum *Σύμβολα* in testamentis sunt *æs & libra*; lege *Cujacium* ad Rubr. ff. de Verbor. Obligat. Et apud *Justinianum* in Novella Constit. 81. *Σύμβολα* dicuntur *Codicilli*. Sunt autem *Diplomata*, quæ continent testimonium collati a Principe publici muneris; Ad *Scharidii* Lexicon Juridicum p. m. 931. Insuper habemus & *Symbola Contractus*; Evolve *Nicolai* Disq. de Chirothecarum usu & abusu p. 62. & *Harpprechtii* Comment. in tit. Instit. de Rer. Div. & acquirendo ipsarum Dominio p. m. 590. sqq. Quæ denique sit *Symbolica feudi investitura* tradit *Tholosanus* Syntagm. Jur. Univers. L. 39. c. 7. n. 5. & *Struvius* Synt. Jur. Feudalis aph. 5. p. m. 269.

§. VII.

Tandem ut in rem præsentem magis veniamus, Symboli voce indigitatur signum seu nota mentis, qua quis animi sui decreta *ἔνεργως*, breviterque profitetur, ac velut in publicum effert, & quidem

Vel beneficio *soliis Dicti*, quale fuit illud J. Lipsii: *Moribus Antiquis*.

Vel ut dicto adjungatur *Imago quedam*. Sic aliquando placuit J. Lipsii discipulo & in Cathedra Oratoria Successori *Erycio Puteano* Pictura *Erinacei* sive *Echini* cum adjecta voce Horatiana: *Mea virtute me involuo.* λ)

Nos tamen nunc Symbolum priori potius modo accipimus, id est, quatenus constat *nudo Dicto*. Nam de *Emblematicis Symbolis* non adeo solliciti esse volumus, cum viri celebres Symbolorum suorum verbis Emblemata adjungant rarius.

λ) De hujus generis Symbolis videri potest *Jac. Massenti* Speculum imaginum veritatis occultæ.

§. VIII.

SYNONYMIAM quod concernit, Symbolum alias vocari affolet

assolet *græcis* σύμβολον & sive σύμβολον, σύνθημα; *Latinis* Apophthegma, item Nota, signum aut scitum ingenii; *Germanis* ein Denck Spruch / Wahl Spruch / Leib Spruch / Hertz Spruch / Bey Wort / eines jeden sein Spruch / den er sich vor andern erwehlet. μ)

μ) Ita pleraque observarunt *Henr. Decimator* in *Thesaur. Lingv.* p. 1322, & *Andreas Corvinus* in *fonte Latinitatis* P. I. p. 323. a.

§. IX.

Scipio Ammiratus Symbolum definit, ν) quod sit significatio mentis, quæ uno annexo rerum & verborum insinuet secreto id, quod clam animus molitur. Verum cum in præsentî tractatione Imaginis sive Emblematis (tanquam Rerum) nullam habeamus rationem, inde hanc definitionem missam faciemus, substituta tamen alia & hac:

ν) Teste *Jacobo Masenio* l. c. c. 44. p. 545.

§. X.

SYMBOLVM est Effatum (*genus*) ingenioso, brevi frequenterque adhibito (*Forma*) constans Dicto (*Materia*) ad testandum affectum (*Finis*) hominis præstantis (*Efficiens*).

§. XI.

Extremam hujus definitionis lineolam supplet EFFICIENS, quamvis alias primum inter causas occupet locum.

Eam hic voco *hominem præstantem*. Uti autem sub hominis voce utriusque sexus personas *Viros & fœminas* intelligo: ita hic non attendam illa Symbola, quibus vel *totum Sodalitium* peculiari caractere utitur, vel quæ *suis membris & sodalibus*, ut invicem discernantur, utenda permittit. \circ)

\circ) Prioris exemplum esse potest tum *Societas Anglicana*, quæ pro Symbolo agnoscit hæc verba: *Nullius in Verba* (Vid. *Zeitlebendes Europa* Part. 3. Tab. I. p. 154.) tum *Illustris Palmifer ordo* (die Fruchtbringende Gesellschaft) tali notabilis Symbolo: *Alles zu Nutzen*. Quoad posterius memorare licebit *Evergetam* meum semper memorandum, *Dn Georgium a Schæbel & Rosenfelt*, *Sacr. Cæs. Majest. Consiliarium & Episcopalis Ecclesiæ ad S. Sebastianum Magdeburgi Thesaurarium & Canonicum*, cui non solum Epitheton des *Himmlich: Gesinnten* obtigit, sed etiam Symbolum hoc: *Verachtet das Irdische*

dische. * (Huc refer *Societatem Incognitorum*, quæ pro Symbolo habet Nilum cum Inscriptione: *Incognito e par noto*; & *Societatem Argonautarum Geographicam*, cui Symbolum est terræ globus cum navi maria secante addita inscriptione: *Plus ultra*. Sic *Societas Humoristarum* habet nubem ex mari adscendentem cum Lemmate: *Redit agmine dulci*; Et antiquissimæ apud Bononienles *Societati Sitientium* Symbolum erat Mons Helicon, arboribus instructus, quæ a Castalionis fonte inundabantur, cui inscriptum: *Non diu sitient sitientes*. Ut jam nihil dicam de *Academia Leopoldina* aliarumque Societatum Symbolis, de quibus pluribus agit *Vockerodt* in *Commentatione de Eruditorum Societatibus*; *Morhofius* *Polyh. Liter. L. I. c. 13. & 14.* *Struvius* *Introductionis in Notitiam Rei Literariæ c. 10. p. m. 484. sqq.* & *Masenius* *l. c. cap. 30. p. 433. sqq.* Inprimis vero de *Societate frugifera Teutonica* consulendus est *Georgius Neumarckius* im *Neusprossenden Deutschen Palm-Baum* & *Joachimus Fellerus* in *Oratione de fratribus Calendariis cum Christiani Francisci Paullini* *Notis*. Opportuna hic quoque sese offerret differendi occasio de *Symbolis Ordinum* e. g. *Aurci Velleris*, *Periscelidis*, *Aquila nigra & alba &c.* Nisi jam mihi hac in parte otium fecissent *Masenius* *l. c. p. 426. sqq.* *Gryphius*que in egregio libello von *Geist-und Weltlichen Ritter-Orden*; quos vide. Ne vero plane nihil hic dixisse videar, placet eorum loco *Claudii Minois* *Observationem de Symbolis Typographicis* integram hic inserere, quæ ita se habet:

Non tamen mihi tempero, quin animi causa quorundam rei typographicæ peritorum hominum huc adiciam Eiconas, quibus ingeniose uti soleant in suorum librorum frontispiciis, quibus se vel ingenio, vel arte, meliorum litterarum adjumento necessaria commendent. Unus imprimis habitus litteris primum renascentibus, qui pure, nitideque typographicam illustravit, *ALDVS MANVTIVS* Romanus, qui pro nota singulari ac propria sibi sumfit Delphinum anchoræ alligatum, forte ad laudem maturitatis, quæ medias partes teneat inter nimiam ac præcipitem celeritatem, & tarditatem. Excidit mihi memoria Typographi ex solo Italico, qui etiam ante Aldi ætatem Sirenem habuit, qua usus in suorum fronte voluminum, ad eloquentiæ, nisi me conjectura fallit, simulacrum ostentandum. Alioqui me non fugit Sirenem nomen ad alios flecti sensus, de quibus nos etiam suo loco, *SEBASTIANVS GRYPHIVS* Lugduni eam artem pervigili studio illustriorem fecit, suamque solertiam nobili Symbolo patefecit, captato sui nominis

nominis

nominis etymo, vel allusione potius. In tabellæ planicie Gryphi effigies, qui unguibus pedis dextri saxum quadratum attollat; subtus Orbis, seu figura sphaerica, ad cuius partem utramque totidem alæ, seu plumæ adfixæ, addito noémate: **VIRTUTE DVCE, COMITE FORTVNA.** Quæ verba duo vim schematis ingeniosi concipiunt.

Apud Germanos, Basileæ, **FROBENIVS**, artis ejusdem apud suos Roscius, stemma libris editis affixit erectum baculum duabus arreptum manibus, in cuius apice avicula, & ex parte utraque duo serpentes complicati, sed nullo addito vocali Symbolo. Credibile est Virum sollertem his notis bene dicendi artem, quæ baculo innuitur, quasi sepiri ac colligari sapientia, quæ apud Veteres Serpentis nomine signaretur. *Joannes Oporinus*, eruditus sane Vir, nedum Typographus, Delphino insidentem Ariona lyrae fides atrectantem digitis sibi legit, forte indicans, litteratorum Virorum salutem in mediis ac tempestuosis Vitæ hujus fluctibus tutam ac securam: aut etiam eruditos homines a suis nonnunquam male haberi, ab extraneis excipi humanius. Nimis multus essem, si singularum Urbium germanicarum velim collustrare officinas: alioqui fateor ingenue plures esse vel Colonia Agrippinæ, vel Francofurti, vel Spira, aliisque celebribus Germaniæ Civitatibus, quarum Typographi eruditis suis Symbolis non minus sese Orbi Christiano commendarunt. Sed ad nostros venio, qui sese iis superioribus æquarunt, vel certe nusquam inferiores habiti sunt. Inter eos nemo mihi occurrit illustrior, vel suo ævo peritior, aut diligentior *Roberto Stephano*, qui pro familiari schemate arborem habuit in ramos porrectam, addita figura speculantis hominis, verbo ascripto D. Apostoli: **NOLI ALTVM SAPERE:** qua nota visus est arguere nimis curiosam de rebus obscuris ac divinis investigationem, & doctrinæ cui-cunque apponendum modum. *Simonis Colinaei*, politi hominis, laudata nostris & exteris industria, qui ut litteras, earumque gloriam ne quidem tempore intermorituram suo agalmate repræsentaret, Saturnum falce metentem omnia depinxit, addito versiculo ut Symboli anima: **VIRTVS SOLA ACIEM RETVNDIT ISTAM.** Non prætereo *Andrea Wecheli* Equum Pegasus, de quo in fabulis, quod signum immortalis nominis per doctrinam comparandi. Elegans & bene subactum ingenium, judicium par, mores inculpati *Federici Morelli* cuius insigne, fons, perennes fluvios doctrinæ omnis ingenuæ ac liberalis significat. Qui vir cum in Vivis esset, bona fide præstitit quod artis fuit, & reliquit liberos, qui eandem palmam extendunt in dies ube-

B

rius,

rius, nec unquam illum fontem sinunt arefcere. *Sebastianum Nivellium*, probum & honestum Virum suæ jamdudum Ciconiæ delectarunt, notum signum τῆς ἀντιπελαργίας. Et *Jacobum Puteanum*, sua Samari- tana puteo proxima, non ad alium quæsitam finem, quam ut alluderet ad sui cognominis aliquam rationem. *Nicolao Chenello* seu *Querculo* placuit *Quercus*, & telorum seu arundinum fasciculus una colligatus, & arbori appensus, affixo Epigrammatejo: **VIS NESCIA VINCI.** Quod ex *Scylluri* petitum monito ad filios, cum morti proximus *Concordiam* suaderet. *Christophori Plantini*, cujus memoriam sancte colo, signum familiare ac proprium, *Circinus*, cum erudita *Gnoma*: **LABORE ET CONSTANTIA.** Circulus in se circumactus *Laborem indefessum*: idem in puncto hærens, constans animi propositum notat. Id sane *Plantino Sphragidion* conveniens, quo homine nullus laboris patientior, nullus in vitæ omni proposito tenacior fuit, præter eam morum facilitatem, qua sese omni hominum sorti probavit. *Ægidius Beysius*, *Plantini* gener, vir certe bonus; idemque industrius, conatus soceri studia æmulari, laboriose & constanter sese gessit, & præpropera morte desiderium sui reliquit. Is, cum ante annos pene sedecim *Symbolum* sibi peculiare ac proprium quæreret, me percontatus, rogavit aliquid reperirem, quod aliis ita commune non foret: ego illi fertum albi *Lilii* lubens exhibui, addito boni *Poëtæ* hæmistichio: **CASTA PLACENT SUPERIS.** *Symbolum* moribus hominis accommodum, quem notum ab omnibus illecebris turpium *Voluptatum* in primis abhorrere. Nec vero possum transilire *Joannis Richerii* *Arborem* virentem, cum sententiosa nota: ὄλεθρον αὐταρκῆς. Quæ tamen parum admodum respondet arbori ei virenti, si bene corpus *Symboli* cum anima æstimemus. Gravius sane & melius, meo quidem judicio, *Stephanus Fassetus*, *Richerii* socer, ante usurparat arborem *Viroris* plenam, addito verbo ex *Davide*: **FOLIVM NON DEFLVET.** Hoc est, metuenti *DEum* nihil defuturum. Quæ omnia quasi per *Satyram* conjicio, non singula persequi cogito, quæ ut adgregare difficillimum esset, sic non perinde frugiferum. Alioqui memini me, cum quidem plus otio abundarem, vel antequam me publici muneris ratio totum occupasset, selegisse librum *Symbolorum* quas vulgus nostratum *devises* nuncupat, non tam genio meo, quam voluntati aliorum serviens. Scorsum etiam, dum studiis gravioribus quæro mihi solatium, non pauca scripsi emblemata, in quibus cecini mihi hætenus ac musis, deq; iis edendis non sum magnopere sollicitus. *Hætenus Claudius Minos*:
His

His adde *Jodocum Badium* qui ex Proelo suo Ascensiano notus est; *Adrianum Turnebum*; Typographum Regium Parisiensem, cui fuit Chyr-
sus lauru & serpentibus circumdatus, prout typographis regiis conve-
nit; *Gvilielmum Rouillium*, cui signum est aquila globo insidens cum
serpente ab utroque latere. Sic *Elzeviriorum* signum est Olea, cum
adstante Minerva, & ab altera parte uhula cum inscriptione. *Ne extra
Oleam.* Officinæ *Hackianæ* est aquila per aërem volitans, cui inscri-
ptum: *Mouendo.* Signum *Theatri Scheldoniani* est ipsa Theatri figura,
Ut omittam *Antonium Bulifonium*, cui liber est apertus cum Lemmate:
Non ultra & libros Augustæ Vindelicorum ad *Insigne Pinus* impressos,
qui celebrantur magnique æstimantur. Ejusmodi vero notitia, præter
summam jucunditatem, insignem quoque in re libraria præstat usum.
Haud raro namque contingit nullum aut officinæ typographicæ, aut lo-
ci impressionis libro præmissum vel adjectum esse nomen; quo casu ad
signum typographicum, vulgo *das Druck- Zeichen*, respiciendum,
atque inde typotheta delegendus erit. Hinc optarem Ego omnino
cum *CL. Lilienthalio*, ut Curiosus quidam signa omnium in universum
Typographorum accurate descripta ærique incisa una cum fundamento
illorum exhiberet, detectis insimul omnibus, quotquot sub signis men-
titis libros suos imprimere ausi sunt.

§. XII.

Cum vero plerumque homo homine sit præstantior vel ob
generis splendorem, vel ob Eruditionis famam, aut denique ob in-
signem rei militaris peritiam, indeque aliquis Præstans dici mere-
tur vel *Gente vel Marte vel Mente.* π)

π) Negari quidem non potest, etiam ab inferioris Censu hominibus Sym-
bola sæpe vel eligi vel ab aliis electa adhiberi. Opportune mihi tum
alibi tum hic occurrit beneficum nomen *WENCESLAI BVHLII*,
Civitate Lipsiensis, nativitate Uratislaviensis Silesiæ, qui se subinde sola-
tus his Verbis: *Vulneratus Beor Vulneribus Salvatoris.* * (Huc refer
Georgium Fuhrmannum, Civem quendam Olaviensium altissimum, qui
sibi hoc elegerat Symbolum: *Vinum & Musica letificant cor hominis*,
teste *Jenckio Thimonia Symbolorum II. n. XIV.*)

§. XIII.

Fæminarum quod jam mentionem fecerim, nemo mihi suc-
censebit. Etenim subnexa exempla satis docent, hunc sexum non
minus ac virilem ingenii dotibus a benefica natura dotatum esse:

Ut non opus sit, pro hujus Theseos assertione recensere Cornelias, Aspacias, Gorgonias, Elifabethas, Christinas aliasque eruditas heroinas. e)

e) Si quis dicti mei testem desiderat, evolvat luculentam pariter ac jucundam Excellentiss. Dn. Jacobi Thomasi, Præceptoris mei venerandi, de *Eruditione faminarum* dissertationem habitam Lipsiæ A. C. 1671. * (Auctores, qui vel singulos tractatus de illustribus atque eruditis feminis scripserunt, vel de iisdem in aliis tractatibus egerunt, in Præfatione vom Gelehrten Frauenzimmer recensuit Dn. Jo. Casp. Eberti quem vide.)

§. XIV.

Nihil vero refert, utrum Symbolista *ipse* invenerit verba Symboli, uti fortassis est illud Hugonis Grotii: *Ruit hora!* an verò ab *Alio* inventa verba applicaverit, uti J. Lipsius verba sui Symboli: *Moribus antiquis!* hausit ex Ennio, veteri Poëta, & Dominicus Baudius illud *Αἰὲν ἀρίστουσι* ex Cicerone, & hic vicissim ex Homero. Pari modo Er. Puteanus Epicuri auream gnomen, *σπυδαίως ζῆν ἀρίστον* i. e. *boneste vivere optimum*, Symboli loco habuit.

§. XV.

Exempla autem jam adducta neminem moveant, ut putet ex *Profanis* Scriptöribus tantum desumi posse Symbola; Cum utique & *Sacri* Codices, cum primis Bibliorum, sufficientem præbeant Symbolorum messem. Augusto Buchnero ex Luc, X. v. ult, placuerunt hæc verba: *Unum est Necessarium.*

§. XVI.

MATERIA, ex qua Symbola constant, est *Remota & Proxima*. Hæc absolvitur *dicto*, hoc est, sermone brevi ac eleganti: cui nonnunquam *Emblematis* imago adjungi solet; sed hæc ad essentiam Symbolorum parum aut nihil confert, quemadmodum enim ad extruendas ædes lignis & lapidibus quidem opus habemus, sed non æque coloribus, qui tantum ad earum ornatum adhiberi solent; Eadem ratione *Dicto* elegans quædam pictura sive Emblemata ad pleniorum ejus Ornatum aptari potest, interim tamen Symbolum aliquod etiam absque tali imagine extrui potest.

§. XVII.

§. XVII.

Materia Symbolorum *Remota* sunt *Voces* sive verba cujus-
cunque Idiomaticis. σ) Symbolum proinde potest esse;

Vel *Hebraicum*, v. g. Dn. D. Abrahami Calovii: נְרִיב נְרִיבֹת נְעָץ

Vel *Græcum*, e. g. G. Remi: τὰ πάντα καλῶς ἔσαι.

Vel *Latinum*, e. g. Joh. Justi Scaligeri: *Fuimus Tröes.*

Vel *Germanicum*, v. g. Ernesti Marchionis Brandenb. Scherz
nicht mit Ernst.

Vel *alius Lingua.*

σ) Videmus tamen quod plerique Eruditorum verbis latinis concipere so-
leant sua Symbola; Cum lingua latina dudum inter cæteras linguas,
uti olim Roma inter Urbes, caput extulerit.

§. XVIII.

Cæterum *Voces* Symbolorum sunt, prout trahit sua quem-
que Voluntas, vel *plures* vel *una*. Multi, imo omnes fere *Pluribus*
vocibus utuntur, τ) quod exemplis clarum fiet. Quandoque ta-
men quidam *Vna* sunt contenti voce, uti *Theodorus Ulmannus* in
illo suo: *Tandem!*

τ) Et bene quoque *Pluribus* vocibus Symbolum expeditur: Nam raro ad-
modum *Vnica* voce animi sensa exprimi possunt. Interim tamen cau-
tela observari posset, ne Symbola nimia pluralitate verborum laborent.
Quemadmodum Logici Dichotomiam præ aliis Divisionum generibus
commendant: Sic Symbola ea præ aliis laudantur, quæ duas Voces in
Dicto ostendunt. Quod plerosque Virorum Eruditorum observasse
videmus.

§. XIX.

Reperiuntur autem plerumque Symbola in *Numismatibus*,
ut illud *Augusti* Ducis Brunsvic. & Luneb. Alles mit Bedacht, in
moneta argentea cusa A. 1645. Item in *Philobecis* (*Stamm-Bü-
chern*/*) uti hisce Symbolum suum: *Nullum Theatrum Virtute &
Conscientia majus est!* inscribere consuevit *Fridericus* Marchio Ba-
denfis. υ) Præterea *Iconibus Chalcographis* apponi & adjungi solent. φ)
Signeta item sive *Sigilla* sua Symbolo aliquo exornare solent *No-
tarii Publici*. χ)

υ) Testante B. Job, Conrad, Danmbauero, in *Dedicat. præmissa Theologia*

- Conscientiarie.** (Plurima Symbola ex nummis eruta orbe cum erudito communicavit *Schlegelius* in Bibliis Numismaticis & *Dewerdeckius* in Silesia Numismatica passim, quos vide. Sic reperimus in Nummis Symbolum D. Sam. Benedicti Carpzovii: *In te Domine speravi, non confundar in aeternum*; D. Jo. Mich. Dilherri: *Ich ruhe in den Fels, Löchern*; Ambrosii Blaureri: *Wache auf, der du schläffest, so wird dich Christus erleuchten*; Joachimi a Beust: *Vive memor Lethi*; Erasmi Roterodami: *Cedo Nulli*; D. Martini Geieri: *Mites gaudebunt*; Hugonis Donelli: *Sive vivimus sive morimur Domini sumus, Domino vivendum & moriendum*; D. Martini Lutheri: *Der Christen Hertz auf Rosen geht, wenns mitten unterm Creuze steht*; Phil. Melanchtonis: *Subditus esto Deo & ora eum*; Aliorumque.)
- * *Evolve Lilienthalii Selecta Historica & Litteraria Continuata* p. 36. seq. & p. 70. seq. Hinc in Philothecis excerpendis totus fuit *Daunius*, teste ipso in *Epp. ad Heckelium* p. 106.
- Φ) Quod videre licet in *Joh. Meursii Athenis Batavis.** (De Usu Iconum Clarorum Virorum consule *Lilienthalium* in Consultatione supra adducta p. 110. sqq. & *Jacobum Thomastum* in Praef. de Clarorum Virorum imaginibus, praemissa *Disp. de Virtute Heroica* p. 27.)
- χ) Talia duo reperiuntur in Actis (num Justa fuerint, disceptari posset.) *Der Gerichte zu Brannschweig wieder D. Justum Oldekoppen*, quorum unum (quod est *Julii Dunte N.P.C.*) repraesentat emblematis loco Palmam cum hac inscriptione sive symbolo: *Justus ut Palma virebit in aevum.*

§. XX.

FORMA Symboli *interna* consistit in eo, ut sit ingeniosum, breve, manifestum, frequenterque adhibitum.

Primum Requisitum *Ingeniositas*, ut ita loquar, absolvit: quod enim (secundum *Er. Puteanum*) simplex & obvium est, adeo ut mysterio & eruditione careat, illud ne Symbolum quidem dici mereatur. Taceo quod hoc ipso praestantia ingenia praeter Plebejo sapere, sui que ingenii specimina dare satagant.

Alterum Requisitum *Brevitatem* respicit, quo ipso differt a Sententiis, quibus prolixior sermo magis familiarior esse videtur.*

* Differre enim inter se Apophtegma vel Sententia & Symbolum, variis docet exemplis *Crenius* l. c. P. IX. p. 95. & 142. P. XI. p. 128. p. 132. p.

138. & 144. Confer. *Claudium Minoëm* l. c. p. 42. Ubi curate satis ea, quæ in Symbolis spectanda veniunt, explicat, simulque artem quandam inveniendorum & excogitandorum Symbolorum tradit; Adde *Emanuel Theſaurum*, qui quoque *Idea argutæ & ingenioſæ dictionis* c. XXIII. & XXIV. p. m. 611. ſqq. Argumentum de Symbolis egregie explicavit.

Tertio *Manifestum* debet eſſe, non ita *obſcurum* ut Oedipo explicatore opus habeat. Denique

Quarto *frequentè* adhibeatur, temporisque locique tamen habita ratione.

§. XXI.

Ratione *Externe FORMÆ* quodvis Symbolum ſit *Modestum*,* carens omni arrogantia, qualem ſpiravit iſte ampullatus homo, qui Superbia potius quam ſcientia fretus loco Symboli habuit hanc unicam voculam: *Omnia*. Cujus tumorem quiſpiam caſtigaturus præfixit Literam S. Literæ O. Ut ſic pro τὸ *Omnia* legeretur *Somnia*. ψ) Pari modo *Petra ſancta*, celebris Symbolographus, *Caroli V.* Imperatoris Symbolum, *Plus ultra!* ferula cenſoria notavit. Eandem ob cauſam *Deſ. Erasmum* culpære voluit *Er. Puteanus*, quod ſibi Deum Terminum adaptaverat loco Symboli additis hiſ verbis: *Nuſi cedo!* ω)

* Atro itaque calculo notandum venit nomen cujuſdam *Doegitæ* Aulici & Jure Conſulti J. B. J. V. D. ob hoc ejus Symbolum:

Pluribus ipſe viris dextram conjungo benigne

Quos cupio ut Satanas ſubito vehat ater in Orcum.

Vid. *Conr. Schließelburgius* in Oratione de Vita & Obitu D. Jo. Wigandi p. m. 24. Magisqve laudandum venit *Thomæ Plutæ* Symbolum Synonymum Jocoſum: *Turba Petulca Sumus*; Vid. *CL. Sinapii* Olsnographiam P. I. p. 434.

ψ) *Job. Adam Weberus* de arte differendi, fonte 88. p. 701. ſq.

ω) Si tamen dicendum quod res eſt, *Puteanus* injuriam fecit *Erasmio*: cum utique hic non ex aliqua ſuperbia, ſed ob recordationem ſuæ mortalitatis hoc ſibi Symbolum elegerit; ubi id non ſolum ipſius *Erasmi* verba in Epiftola ad *Alphonſum Valeſium* ſcripta (Epiftola hæc extat in *Jo. Manlii* *Locis Communib.* ſub VIII. Præcepto.), ſed etiam Inſcriptio horum verborum, *Mors ultima linea rerum*, abunde teſtantur.

§. XXII.

§. XXII.

Perinde vero est, utrum Symbolum constet Oratione *soluta*, uti illud *Wilhelmi Ducis Juliacensis: Spartam nactus es, hanc orna.* An vero *ligata*, e. g.

Vivitur ingenio, cetera mortis erunt!

Uti sonabat Symbolum *Bilibaldi Pirckheimeri.*

§. XXIII.

Multoties fit, ut Symbolicarum Vocum *primæ litera* exprimant insimul *Primas litteras*, quas Symbolistæ nomen, prænomen aut cognomen requirit. E. g. *Sigismundi Finckelthausii D. Facultatis Juridicæ Ordinarii & Consulis Lipsiensis: Solo Favente Deo.* Quorsum forte etiam spectat *Viri Magnifici Dn. Georgii Tobia Schwendendörfferi (Norimbergensis patria) D. Nobiliss. Facultat. Juridicæ Ordinarii & Antecessoris in Academia Lipsiensi bene meritissimi, non semel admissum Votum: Gratia Tua Suscipiat Nos Domine!*

Quid? quod etiam quibusdam solenne sit, dictionum Symbolicarum non omnes sed *Primores* tantum litteras exprimere, uti fecisse scimus *Fridericum IV. Imp. cum suo A. E. J. O. V.* quod ita exponendum: *Aquila Electa Juste Omnia Vincit.* Alii sic interpretantur: *Austria Extenditur In Orbem Universum. αα)* Sic *Arnoldus Mengerling D. & Superint. Hallens.* tali delectatus est Symbolo; solas ostendens litteras initiales: *F. V. P. M. C. A. i. e. Fiat Voluntas Patris Mei Cælestis AMEN! ββ)*

αα) *Reinh. Bakius* Comment. in Psalm. Davidis P. I. Pf. 3. argumento hujus Pf. p. 63. a. * (Ænigma hoc Symbolicum *Imp. Friderici* a variis curiosissimis ingeniis solicite fuit indagatum, ut ex diversis interpretationibus videre est apud *Lambecium* in Diario Itineris Cellensis p. m. 16. sq. Explicatio autem hujus Symboli vera & genuina hæc est:

AUSTRIÆ EST IMPERARE ORBI UNIVERSO,

ALLES ERDREICH IST OESTERREICH UNTERTHAN.

ββ) Hujus expositionis certiolem me fecit optimi illius avi non degener Nepos *Joh. Chr. Mengerling*, Phil. & Jurium cultor. Mihi tamen hætenus non constat, annon prælaudatus Theologus voce *A-MEN* alluserit ad suum nomen scilicet *A. MENgeringii*,

§. XXIV.

§. XXIV.

Symboli verba aliquando ex *Sacro Codice* depromuntur, ut tamen itidem *Litteræ initiales* congruant cum Nomine Symbolistæ. Sic ex Matth. V, v. 5. *Beati Mites* Balthasar Meisnerus; Ex 2. Epist. ad Timoth. II, v. 19. *Dominus Novit Suos* D. Nicolaus Selneckerus sua hauserunt Symbola.

§. XXV.

Uti autem *Litteræ*, sic etiam *Mens & Indoles* Symboli ad Nomen Symbolistæ alludunt. Hujus observationis exemplum perhibet Dn. D. Joh. Olearius in his verbis: *Justus ceu Palma, Ego sicut Oliva fructifera.*

§. XXVI.

Quandoque contingit, ut Symboli verba admodum concinne & eleganter per *Anagramma* repræsentent ipsius Symbolistæ Nomen, uti apparet ex hoc: *Ante Omnia Jesus*, per quæ, dispositis aliter litteris, indicatur *Joannes Timæus*.

§. XXVII.

Nonnunquam voces Symboli *Una eademque litera inchoantur*. Uti v. g. D. Pauli Rœberi: *Pie, Prudenter, Patienter*. Simili modo sese habet Erasmi Ungepaueri D. *Jova Juvat, Juvit Jova, idem Jova Juvabit.*

§. XXVIII.

Non minus eleganter Symbolum aliquando concipi solet per schema *Paronomasia*, e. g. D. Godofr. Olearii: *Per Crucem ad Lucem; D. Christiani Matthia: In Christum Sperabo, dum Spirabo.*

§. XXIX.

Persæpe ii, qui sunt *Cognatarum Familiarum*, in Symbolis quoque aliquam *Cognitionem* indicant. Sic videmus ex Illustrissima ac florentissima Saxoniarum Ducum familia aliquot Personas iisdem ferme Symboli verbis usas fuisse. V. g. Johannes Fridericus Elector: *Wies Gott gefällt, so gefällt mirs auch.* Magdalena Sibylla, filia Joh. Georgii I. & Conjux Friderici Wilhelmi II. in Altenburg: *Wies Gott füget, mich vergnüget.* Anna Sophia, filia
C
Fri-

Friderici Wilhelmi I. **H**Err nach deinem Willen. Similiter ex Ernestina Ducum Saxoniae linea quaedam Christina: **G**ott regiere mich nach deinem Willen! Dorothea: **W**ie **G**ott will, Maria: **H**Err wie du wilt.

§. XXX.

FINIS Symbolorum est quaedam *Affectus Representatio* si-
ve *Testatio*. γγ) Pro affectuum igitur & ingeniorum aut intentio-
num diversitate in Symbolo cujusvis apparere solet

Vel *Votum*; quale est Barnimi Ducis Pomeraniae: **H**ilff **G**ott zur Seeligkeit!

Vel *Letitia animi*; e. g. **G**ott mein Hort, hie und dort. Hoc erat Symbolum Alberti Ottonis Comitis Solmenfis.

Vel *Spes*; e. g. **B**ielleicht glückt mirs auch, Mauriti Electoris Saxonici.

Vel *Metus*; e. g. *Nondum effugimus fortune laqueos*, Barn. Briffonii.

Vel *Propositum*; puta: *Nec a Deo, nec a Cesare*, Comitis de Tilly.

Vel *Eventus aliquis*; Veluti: *Tandem bona causa triumphat*. Hoc sibi elegerat Augustus Elector Saxoniae post oppugnatam & expugnatam jussu Imperatoris arcem Grimmenstein.

Vel *Monitum*; uti est illud: **A**lles zu seiner Zeit, Clarae Ducis-
sae Brunsv. & Lüneburg.

Vel *Adhortatio*; v. g. *Pie & Prudenter*, Joh. Polyandri D.

Vel *Dehortatio*; e. g. *Unum est Necessarium*, Aug. Buchneri.

Vel *Liberalis Recreatio*; qualem indicavit Janus Douza in suo: *Dulces ante omnia Musae*.

Vel *Desiderium*; Sic: *Jesum Meum Liberatorem Cupio*, est Joannis Martini Lutheri, Canonici (Misnensis.)

Vel *Tolerantiam in adversis*; **I**ch habß gestalt, ins **H**Errn **G**e-
walt, ingeminavit subinde Johannes Fridericus Elector Saxoniae, cum primis cum in captivitate Carolina detineretur.

γγ) Uti Justinianus Imp. Testamentum vocat *Testationem mentis* pr. Instit. de Testament. Ordinandis: Ita etiam Symbolum vocari meretur *Testatio mentis*. Animum enim qualem quisque possidet, aut Symbolo testatur, aut Silentio agnoscit, verba sunt Er. Puteani sub fin. Palaestrae bonae
mentis,

§. XXXI.

§. XXXI.

Ex quo constat finem esse *diversum* atque *varium*: indeque fortassis etiam fieri potest, ut quis ob multifariam intentionem sua sibi multiplicet * Symbola, ita quidem ut vel prius *retineat* dd) vel Novum *substituatur*. es)

* Placet hic inferere Verba *Dn. Bernhardi*; Ein Symbolum muß sich auf die ganze Lebens-Zeit schicken, und muß dasselbe keine Umwechslung des Glückes verändern. Aber so gehet es denen Gelehrten oft damit wie denen alten Weibern mit Erwehlung ihrer Leich-Texte, welche, wenn es ihnen wohl gehet, einen ganz süß-klingenden und erost-vollen Spruch dazu erwehlen. Wendet sich aber das Glücks-Blatt um, so wird er wiederum ausgestrichen, und sie suchen sich solche, welche zu erkennen geben sollen, als hätten sie in ihrem Leben keine freudige Stunde gehabt. Insitum hoc a natura humano ingenio, ad tristitia acriter flectere oculos, præterire quæ læta. Ut muscæ ejusmodiq; insecta levibus politisque locis non diu insident, scabris adhærescunt; Sic querula ista mens meliorem sortem leviter transvolat, asperam non dimittit; *Lipsius de Constantia Libr. II. c. 20.*

dd) Quemadmodum *Mich. Hermannum* (Pastorem) *Uratislaviensem Silesium*, duobus Symbolis usum fuisse video, nempe his: *Mea Hereditas Vita Sempiterna & : Non est mortale quod opto!*

es) Uti jam *Magnificus & maxime Reverendus Dn. D. Martinus Geierus* delectatur hisce Symbolicis verbis: *Mites gaudebunt; cum antea tale selegerit; Mundi Mibi Gloria Larva.*

§. XXXII.

Pro diverso etiam *Temporis & Vitæ* statu aliquis sui Symboli Characteres format & informat. Quidam respiciunt ad *Præterita*, uti *Scaliger: Fuimus Troes!* Hujus enim Herois familia ortum quidem traxerat a Principibus *Veronæ*, sed tandem maxima senserat detrimenta. Quidam vero attendunt *Præsentem* sortis suæ conditionem aut studiorum Professionem. Sic *Abrahamus Ortelius*, magnus Geographiæ stator, ita æri incisus extat, ut manu teneat *Picturam Sphæræ terrestri*, infimulque exhibeat has Symbolicas voces: *Manu orno, Mente contemno.* (§§) Tandem quibusdam placet cura *futurorum*; v. g. *Amad. Eccoltus, D. & Jurium P. P. Lipsiæ* se & alios subinde monebat per illud: *Moriendum, Comparendum!* Ad eundem

eundem futuri seculi statum respicit frater meus *Fridericus Geislerus* D. Symbolo ex Horatiana Oda deprompto: *Non Omnis Moriar!**

ζζ) Uti refert *Valer. Andreas* in Bibliotheca Belgica p. 2.

* Huc refer meum Symbolum, quod ita se habet: *Tandem Corona Justo.*

§. XXXIII.

Uti Finis varius est, sic quoque varii & diversi Symbolorum EFFECTUS sunt. *Omen* quandoque in iis latitare posse comprobatur exitu *Barn. Briffonii* J. C. cui tale fuit Symbolum: *Nondum effugimus fortune laqueos; quippe qui laqueo vitam finire coactus est.* nn)

nn) Historiam hanc recenset *Chr. Matthias* in *Theatr. Histor.* sub *Rudolpho II.* p. m. 1122. sq. Cujus verba hic lubet adscribere: Cum A. C. 1590. (inquit) *Henricus IV. Navarræus* Lutetiam obsidione durissima cinxisset, *Briffonius* nullum aliud ob delictum, quam quod a fide erga Regem desciscere, ac seditiosis se adungere nollet, a Ligistarum sedecim Viris apprehensus in Carcere strangulatus, ac publice postea suspensus est:

Adjici meretur Carmen Imagini hujus de Republica Literaria bene meritissimi Viri subiectum:

Quid mirum, si exlex Briffonem turba trucidat?

Non poterat Juris Gloria jure mori.

Monumentum in honorem ejus exstructum exhibetur in *Euphormione* Part. I. p. 75.

§. XXXIV.

Uti florum ea Conditio est, ut ex iis araneæ venenum & apes mella colligant: Ita Symbola saepe & cavillandi & laudandi aliosque erudiendi ansam suppeditant.

§. XXXV.

Hostibus aut *Æmulis* occasionem præbent *Cavillandi*. Huc spectat illud *Herculeo* Symbolo (*Non ultra*) contrarium *Caroli V.* Imperatoris: *Plus ultra!* Cum enim vergente ætate fortuna ejus quoque vergere cœpisset, præprimis in Obsidione Urbis *Metensis*, tale distichon enatum:

Herculis optasti longas transire columnas,

Siste gradum: Metis hæc tibi meta datur. 99)

Sic ejusdem Imperatoris Symbolo (*Plus ultra*) quod inscriptum erat parieti ædium illarum, in quibus captivus detinebatur

Fran-

Franciscus I. Rex Gallia, adscriptit idem Rex: *Hodie mihi, Cras tibi.* Quæ cum Carolus V. Franciscum aliquando visitans animadverteret, hæc verba reposuit: *Homo sum, humani nihil a me alienum puto.* 11)

99) Referente *Mich. Piccarto* in *Observat. Historico-Polit. Dec. 15. c. 8. p. 193.* * (Sic *Salomon Frencelius Caroli Suecorum Regis Symbolum: Ex hoc in aliud per Jocum aliquando hunc in modum immutaverat: Neque hoc, neque illud; Quæ res veto ipsi mortem afferebat teste Kriigero in Historologia p. 227 b.)*

10) Annotante *Dn. Georgio a Schöbel & Rosenfeld* in *Tractatu: Sinnreiche Reden und merckwürdige Thaten der XV. Römischen Kaysers aus dem Hochlöbl. Hauß Oesterreich sub Carolo V. §. 21. p. 164.*

§. XXXVI.

Probi contra ac Cordati homines nonnunquam Symbolis ad exornandas aut adornandas suas Dissertationes aut scripta uti solent. Sic Aulae Dresdensis Proto-Ecclesiastes Magnus hoc ipso (uti audio) anno in suarum Concionum methodo ad Serenissimi Electoris Saxonici ** Symbolum: Sursum Deorsum utiliter ac jucunde respicit. ****

* Fuit Is *D. Martinus Geierus.*

** *Jo. Georgii II.*

*** Hue pertinent *Erdmanni Neumeisteri Dicta Sapientum, Leucopetræ 1707. 4. edit.*

§. XXXVII.

Causas & Effectus hætenus enumeratos subsequuntur DIVISIONES Symbolorum, quæ sunt variæ.

§. XXXVIII.

*Si Efficientem spectamus, tunc 1. ratione Inventionis alia proprio Marte inveniuntur, alia ab aliis inventa adhibentur, videatur §. XIV. 2. Ratione Imitationis Symbola videntur dividi posse in ea quæ habent Convenientiam & affinitatem cum aliis, qualia sunt: *Beati Mites* (Balthasaris Meisneri) & *Mites Gaudebunt* (Martini Geieri.) Pleraque tamen Symbola a tali convenientiæ commercio remota sunt.*

§. XXXIX.

Nolo hic ratione *Materia* Symbola distribuere in *Solitaria* sive quæ abstracta sunt ab Emblematum picturis, & *Sociata* sive *Concreta* cum Emblematum deliciis; cum hæc meditatio ad aliam sedem §. supra VII. spectet. Quin potius hic eadem Symbola quoad Linguarum varietatem in *Esoterica* & *Exoterica* dividere licebit. Conferatur §. XVIII.

§. XL.

Quod *Formam* concernit, voces Symbolorum aliæ sunt *Similares*, quæ aliquam cum Nomine Symbolistæ similitudinem habent: aliæ & pleræque sunt *Dissimilares*. Videatur §. XXIII, XXIV. & XXV.

QVALE QVISQVE SYMBOLVM VSVRPAVERIT, AVT
VSVRPET, HIC IPSE CATALOGVS JVXTA SERIEM
ALPHABETI ADORNATVS EXHIBET.

A.

Johannes AGRICOLA, Diaconus Kindsbergensis in Franconia:
Feci quod potui, potui quod Christe dedisti,
Improba fac melius, si potes, invidia. a)

a) *Kriegerus* in *Historologia* mille Virorum gente ac mente, arte & Marte, genio atque ingenio illustrium p. 154. col. 2.

Melchior AGRICOLA, P. L. & Philologus ac Illustr. Gymnasii Rosenberg. Rector: *DEus omne in omni. b)*

b) *Casp. Cunradus* Epigrammatum Cent. I. Lit. c. 8. col. 1.

Guilielmus ALARDVS, P. L. & Pastor Crempensis in Holsatia:
Christus Adjutor Meus. Item: JEsus tutor Credentium. Nec non:
JEsus Ductor Piorum. c)

c) *Evolve ipseus* Epigrammata Sacra P. I. p. 10. P. II. p. 98. P. III. p. 169.

Lampertus ALARDVS, filius *Guilielmi & Francisci*, Bruxel-
lens. Brab. p. m. Pastoris olim Antvverpianæ Ecclesiæ, Augustanæ
confessioni addictæ, Nepos, Phil. M. & Poëta: *Domine scis quod*
amem Te. d)

d) Sunt alias Verba Petri ter repetita Joh. XXI, v. 17.

Chri-

Christophorus ALBERTVS, Diaconus Elisabethanus Uratislavienſis: *Chriſtum Amantes Beati.* e)

e) *Calagius* in Symbolis Theologorum Uratiſlavienſium, quæ octoſtichis explicavit & Lignicii 1603, 4, edidit.

Fridericus ALBERTVS, Rector Scholæ Regiomontanæ in Neo-Marchia: *In Votis ex fatiſ mea ſpes eſt.* f)

f) Vid. *Kehrbergſ* Abriß der Stadt Königsberg in der Neu-Marc P. I. p. 168. 19.

M. Georgius ALBRECHT, Paſtor & Superintendens Nordlingenſis: *Omnia bene fecit.* g)

g) Marc. 7. v. 37.

Stephanus ALEVTNERVS, Pater M. *Tobia*, Civis Leobſchüciſis: *Gott Mein Helffer.* h)

h) Vide *Tobia Aleutneri* Chiliadem Epigr. Miscellor. p. 171.

M. Tobias ALEVTNERVS, Eccleſiæ Patriæ Leobſchüzii in Sileſia olim Miniſter: *Verbo Duce, Vindice CHRISTO.* i)

i) Vid. *Idem ipſe* l. c. p. 24. 69. & 140. Confer *Calagii* Epigrammatum L. IV. p. 147. *Casp. Cunradi* Epigr. L. IV. Lit. c. 2. col. 2. & *Frid. Taubmanni* Schediaſmata poſthuma p. 27. Poeta erat excellens, natus 14. Auguſti 1574. Eruditus in Schola Gorlicenſi & Svidnicenſi; Hinc in Academia Francof. ſtudiis incumbens, tempore graſſantis dyſſenterix, fragilitatiſ humanæ memor, ſibi vivus hoc fecit Epitaphium:

Hic Ego *Aleutnerus* requieſco molliter urna,

Complevi vitæ quinque ubi luſtra meæ,

Prima *Leobſchicium* dedit incunabula; Mentem

Finxit *Svidnicium* & nobile *Gorlicium*;

Post quoque *Francofurtum*; nunc eſt mihi patria cœlum.

Hinc mihi vera quies, ſordida terra vale.

Ex patria pulſus vi Reformationiſ A. 1622. ſtationem invenit ſub Senatu Gorlicenſi, fit Parochus *Friderſdorffii* prope *Parnaſſum* Gorlicenſem. Sed eheu miſeriam! Ao. 1633. menſ. Octobr. a Croatiſ, qui, cum magnam pecuniæ ſummam ab ipſo poſtulant, qua carebat, ſclopeto ictuſ obiit Anno æt. 59. *Groſſius* in *Syderibus* Luſatiæ MStis.

Johannes Henricus ALSTEDIVS, per Anagr. SEDVLITAS, in Acad. Herborn. P. P. ἄνευ μετῶν ἔδεν εὐχαρί. ἄνευ χαρίτων ἔδεν θυμῶτον.

Chriſto.

Christophorus ALTHOFERVS, SS. Theol. D. & Superintendens Culmbacensis generalis: *Nil sine Christo.* k)

k) Joh. XV. v. 5.

Henricus ALTINGIVS, Sen. SS. Theol. D. & Professor Grœningensis: *Milita Bonam Militiam.* l)

l) II. Timoth. I. v. 18.

Jacobus ALTINGIVS, Jun. itidem SS. Theol. D. & Professor Grœningensis: *נָלִיִם אֶלְכִיר עֵינֵימָה; Amicus est optima Præda.*

M. Wolfgangus AMLINGIVS, Ecclesiæ Servestanæ Pastor & Superintendens: *Sile DEo & ora Eum.* m)

m) Ex Ps. XXXVI, v. 7. Ad quod & ipse allusit ejusmodi versiculis:

In prece sis constans, morbi fastidia vince;

Ceu Patri, cura est Vita. Salusque DEo.

In spe sis fortis, stimulis nec vincere mortis;

Vita mihi Christus, mors mihi dulce lucrum.

Vide *Adami Vitas Theologr. Germ. p. m. 752.* Usus est etiam sæpe dicto Apostoli II. Corinth. V. v. 13. *Sive insanimus, DEo insanimus; sive sana mente sumus, vobis sumus.*

Godofredus AMMANNVS, Sac. Cæs. Maj. a Consiliis & Republicæ Augustanæ Duum-Vir Præfectus: *Dominus Providebit.*

Der Herr wirds wohl machen. n)

n) *Adi Grundmanni Ossa & Cineres A. 1716. defunctorum p. 64.*

Paulus AMMANNVS, Uratislaviensis, Professor Medicus Lipsiensis: *Praxin Amat Virtus.*

Eberhardus ANCKELMANNVS, SS. Theol. Lic. & LL. OO. Professor Hamburgensis: *יהוה ארקנו*

o) *Gæzius in Elogiis Philologorum quorundam Hebræorum p. 79.*

Jacobus ANDREÆ, vulgo SCHMIDLINVS dictus, Theologia Professor, Cancellarius & Præpositus Academiae Tubingensis:

Prope est Dominus omnibus invocantibus Eum. p)

p) Ex Psal. CXLV. v. 18. *Salle illum Gregorius Bersmannus vocat Apostolum Ubiquitatis P. II. Poematum p. m. 254.*

Laurentius ANDREÆ, SS. Theol. D. & Superintendens Cygneus: *Laudem annuntiabo Domini semper.* q)

q) Ex Psal. XXXIV, v. 2.

ANO.

ANONYMVS : *Tolle moras : Semper nocuit differre paratis.* r)

r) Ex Lucano l. 282. Vid. *Crenius* l. c. P. XI. p. 136.

Paulus ANTONIVS, SS. Theol. D. & Professor Halensis: *Per Aspera.*

Matthæus APPELLES a Löwenstern in Langenhoff / Sac. Cæs. Maj. nec non Illustriss. Ducis Münsterberga - Olsnensis Consiliarius : *Moribus Antiquis.* s)

s) Hic ipse *Appelles*, e Cantore olim & Chori Musices Berolstadiensis Directore ad hanc dignitatem evectus, & a Cæsare Equitis honore auctus, in literis ad *Dav. Bohemum*, Ecclesiæ Berolstadiensis Pastorem Consistoriiq; Assessorem & Presbyterii Seniore, manu ægra scriptis, se moriturum prædixit his verbis: *Hoc Climacterico meo anno ætatis 54. Nihil nisi ultimam Vitæ lineam meditor.* Quod Prælagium eventus etiam firmavit. Obiit enim *Uratislavia* 1648. 11. April. diuturnis a Chiragra & Podagra fractus doloribus A. æt. 54. Vid. *CL. Sinapius* in *Olsnographia* P. I. p. 673. sq. Celebris autem erat Poeta & magnum olim Urbis *Uratislaviensis* Ornamentum. In *Odis* suis Glyconicum, Phalæcium, Alcaicum, Anapæsticum, Hyphallicum, latinis alias usitata genera *Appellea*, si ita licet, manu expressit, iudice *Neumeistero* in *Diss. de Poetis Germanicis* p. m. 8. sq.

Jacobus ARMINIVS, SS. Theol. D. & Professor *Lugdun. Batav.* *Bona Conscientia Paradisus.* t)

t) Doctoris titulum, quem illi *Facultas Theolog. Basileæ*, non *Genevæ*, uti *Geislerus* l. c. errore erat, deferre voluit, & quidem sumptu publico, modeste recusavit, teste *P. Bertio*, in *Vita Arminii*, *Operibus* ejus præmissa.

Joannes ARNDIVS, Superintendens Generalis *Cello - Lunenburgicus*: *Omnia me Christi Vita docere potest.* u)

u) De libello ejus aureo, cui titulus: *Paradies-Gärtlein*, notum est, quod vel decies ex igne salvus exierit; Vid. *Heims* eilff *Wunder-Geschichte von Arnds-Paradies-Gärtlein.* Conf. P. IV. *Der Müßigen Stunden* p. 44. sq.

Godofredus ARNOLDVS, Pastor & Inspector *Perlebergensis*: *Als die Verführer, und doch wahrhaftig.* w)

vv) II. Corinth. VI. v. 8. *Wetzelius* in *Hymnopœographia* P. I. p. 76. Er alterirte sich A. 1714. den 20. May, als die *Berber* einige junge Leute, da er eben predigte, aus der Kirche wegnahmen, dermassen hefftig,

heftig, daß er darüber in ein hitzig Fieber fiel, woran er den 30. May sterben mußte. Kurz vor seiner letzten Krankheit sagte er zu einem vertrauten Freunde: Er wünschte das Buch von der Sophia nicht geschrieben zu haben; Ingleichen daß die Reher-Historie mit mehrer Vorsichtigkeit abgefasset wäre.

Sebastianus ARTOMEDES, P. L. C. & Pastor Regiomonti in Borussia: **Schlecht und Recht.** x)

x) Ex Psal. XXV. v. 21. Eodem quoque usus est Symbolo *Cunradus Lejus* P. L. Hinc *Artomedes* in Poëmatibus suis Lit. N. n. col. 1. se & *Lejum* ita canentes introducit:

LEJVS:

*Alta crepent alii, quibus est mens altior aequo,
Me mea simplicitas integritasque tegat.*

ARTOMEDES:

*Altum alii sapiant, numerosa volumina condant,
Fœcundique crepent dotibus ingenii,
Unica mî faveat, sitque o comes una fidelis
Simplex integritas, integra Simplicitas.*

LEJVS & ARTOMEDES:

*Factent grande Sophos, dolosque nectant,
Quos persuasio vana ludit, aut qui
Turpi corda gerunt operta fuco:
Simplum nos tueatur, atque rectum.*

Henricus Von Der **Assenburg** / **Canonicus Magdeburgensis:**
Humana Vana, DEus Adjutor. y)

y) Ex *Reinh. Bekii* Commentar. in Psal. LXXIII. Part. 2. p. 221. 3.

Andreas ab **ASSIG**, J. U. D. & Reip. patriæ **Uratisl.** Syndicus:
Inseruiendo Consumor.

Johannes **AVENTINVS**, Historicus, Symboli loco his usus est dictis familiaribus: *Nascentes morimur. Homo Bulla. Non res ipsas reprehendimus, sed abusum, & homines rebus abutentes.*
Ανέχθης καὶ ἀπέχθης. z)

z) *Krügerus* l. c. p. 155. col. 1. *Crenius* l. c. P. XI. p. 138. Er hatte eine böse Frau, die ihm auf ein wiedriges Wort gleich Schläge anboth, und in Essen und Trincken sehr genau hielt. Conf. *Bettneri* Disp. Hist. de malis Eruditorum uxoribus §. XV.

Johan-

Johannes Jacobus AVIANVS, Jctus, Com. Palat. Cæs. & Camera Imperialis Assessor, atque Consiliarius Intimus Saxo-Coburgensis: *Pro Veritate & Justitia.*

B.

Franciscus BACO de Verulano: *Mediocria firma.* a) Item: *Moniti Meliora.*

a) *Evolve Lexicon Eruditorum p. 212.*

M. Jonas BAIR, Augustæ Vindel. S. ad Georgii Pastor: *Domine, sicut voluisti, fecisti. Tu fortitudo, laus & Salus mea.* b)

b) *Jonæ I. v. 14. & Psal. 118. v. 14.*

Bohuslaus BALBINVS, Soc. Jesu, illustre olim Academia Pragensis fidus, Orator, Historicus, Poëta, imo Polyhistor, paucos inter suos pares c) habens: *In Silentio & spe fortitudo mea.* d)

c) Id imprimis in eo laudandum venit, quod non solum eruditionem, doctrinam, bonas artes, humanitatem, animique cultum amaverit, sed etiam Eruditos Protestantium religioni addictos magni æstimaverit, frequenterque cum iis commercium aluerit litterarium. Testem hujus rei, sine omni suspicione majorem, habemus *Christianum Weisum*, Virum de studiosa Juventute meritissimum, in *Epistolis Selectioribus*, a CL. *Christiano Godofr. Hoffmanno* editis, passim. Quanto enim amore alter alterum complexus sit, dici vix potest; dixit vero erudite nonnulla *Sam. Grosserus* in *Vita Weisi* p. 82. sq. Hinc quoque factum, ut *Verisimilia Ejus humaniorum disciplinarum* ad Exemplar Pragensis Lipsiæ cl. Ioc LXXXVII, recudi curaret & auctori ipsi suum ingenii monumentum consecraret; Vid. *Jani Diss. de Fatis Dedicacionum Librorum* p. 31.

d) *Evolve Examen Ejus Melissaum L. III. p. 123.*

Fridericus BALDVINVS, SS. Theol. D. Professor Publicus & Superintendens Generalis Wittenbergensis: *Fide & Patientia.*

Namque fides vidua est, quam non Patientia firmat. e)

e) Quod *M. Joh. Segerus*, P. L. C. Scholæque Wittenb. oppidanæ Rector, de quo mira & maxime ridicula narrantur in *CL. Menckenii Charlataneria Eruditorum* p. m. 23. sq. In *Epicediis Balduinis* ita acrologice exposuit:

D 2

Fallun.

Falluntur, falluntque alios, nec tramite recto
 Incedunt, quicunque alia ratione salutem
 Degeneres captant, quam CHRISTI sanguine, lytro,
 Et merito, quod sola FIDES apprehendere novit,
 Edita præclaro divini semine Verbi.
 Tentatur vero, CHRISTVM quicunque fidei
 Pectore comprehendit, multo & vexatur ab hoste.
 Affligit Satan & mundus, caro, criminis hospes,
 Tentat, ut ad mala pellat eum: sunt mille labores,
 Innumeri hos morbi, comitante dolore, sequuntur,
 Et quid non? Quæ cuncta tamen PATIENTIA vincit.
 Namque FIDES vidua est, quam non PATIENTIA firmat,
 Tanta igitur moles, animo patiente malorum
 In Christo superata mihi est, qui tædia post ista,
 Aurea perpetuæ eribuit mihi munera vitæ.

Vid. Weisfi Manipulus Symbolorum p. 13.

Thomas BARLOW, SS. Theol. D. Ejusdemque facultatis
 Prof. Publ. & Collegii Regii Oxon. Præpositus: Οἷς παρόντι ὁ ἄπαι-
 ἄσπερον πόρρον.

Caspar BARTHIVS, S. R. J. Eques Auratus: *Christi Bene-
 ficio.* f)

f) Criticus sane & Polyhistor erat insignis, imo maximum suo ævo Lip-
 siæ, quin totius Germaniæ lumen, qui cum nobilitate generis Eruditi-
 onem quidem conjunxerat, mores vero utrique decus & ornamentum
 addentes prorsus neglexerat. Ad Vincentium Fabricium hujus rei te-
 stem provocarem, qui mores Pogonis (quo nomine Barthium signifi-
 cat.) Satis in Satyra: PRANSVS PARATVS, perstringit, monstrosos-
 que appellat, nisi suo, quod de ejus eruditione fert, iudicio non adeo
 iudicioso atque iusto, falsi suspectum sese redderet. Habetur autem ex
 æstium ἀντίπτων recensione, vestibus eum satis obsoletis in forum pu-
 blice prodisse, atque carnes, butyrum, caseos, aliaque ad victum ne-
 cessaria coëmisse, &, quod imprimis in eo taxant, visendi atque collo-
 quendi gratia eum accedentibus morosum plerumque sese exhibuisse.
 Visitasse tradunt, aliquando pro more, Collegium Paulinum, in quo
 per XXX. annos habitavit, atque mortuus etiam est An. clo loc LIX.
 ejusdem Inspectores, cumque hac occasione Illustris Barthii Conclave
 satis obscurum accesserint, unum ex iis, sorditiem atque squalorem ha-
 bitaculi animadvertentem, dixisse: *Tantum Virum ego, hoc in angulo*

non quassissem. Cui ille sine mora morose responderit: *Et ego tantum Virum in hoc angulo non expectassem.* Cum quo convenit, quod Batavis duobus Literarum causa iter facientibus cum eodem accidisse audimus. Hi *Barthium* adeunt, atque ab ejus famulo, ut adventum suum hero notum faciat, facile impetrant. Sed o miseros! *Barthius* Chartis suis totus quantus affixus indignabundus de sella surgens, magno cum impetu fores aperit, non ut ingredi advenas juberet, sed tantum spectandum sese iis exhiberet, ne verbulo quidem addito, nisi quod faciem, quam per aliquot temporis spatium contemplati erant, avertens, hanc, diceret, cum satis superque advertissent, ut in posteriora quoque oculos flectant, necesse esse, Vid. *M. Frid. Ern. Scholtzii* Diss. de *Eruditis sine Moribus* p. 8. sq. Excusant tamen aliquomodo ejus ambitionem & morositatem *Daunius* in Ep. 14. ad *Rcinesium* p. m. 37. & *Crenius* in Præfatione, quam Vol. II. *Thesaur. Libr. Philol. & Hist.* præfigere voluit, p. m. 51. Cæterum de eo & id notari mereatur, quod non solum præcocibus annumerandus sit ingeniis, sed quod etiam in ultima decubitione sua imperfecta scripta considerit perdideritque; Evolve pluribus *D. Georgii Petri Scholtzii* Diss. Epist. II. de *Clariss. Marchicis* p. 17. sqq. *Jo. Klefeker* Bibliothecam *Eruditorum Præconium* p. 20. & *Daunii* Epistolas *Philologico-Criticas* a *Gleichio* editas p. 92. Concionem illi habuit funebrem *D. Hülfemannus*, quæ vero reliquas inter ejus conjunctim recusas, nescio quo casu, non apparet, teste *Struvio* in *Actis Liter. Fasc. VII.* p. 2.

M. Conradus BAVARVS, Hallensis, Professor Publicus Lipsiæ:

Malo Conscientiam Bonam Habere,

Godofredus BAVDISIVS a Goldenhuben in Rudolphsbach, U. J. D. Com. Pal. Cæs. & Illustr. Pr. Lignicens. Consiliarius atque Cancellarius: *Gratis Beamur.*

Dominicus BAVDIVS, J. U. D. & Histor. Professor Leydensis:

Ἄντ' ἀριστέων.

g) Vide *Baudii* Effigiem Epistolis & Orationibus Ejus præfixam; Confer *Blountium* in *Censura Celebr. Auctor.* p. m. 616. Aliud vero selectum *Doctrinæ ac Vitæ Symbolum* ab eo usurpatum orbe cum erudito communicat *Crenius* l. c. P. XI. p. 140. quodque ita se habet: Ἀιχύνειν σαυτὸν. Item: *Consciamens recti famæ mendacia ridet.* Ob πολυποσίαν, cui maxime deditus fuit, *Scandalum* eum dixit *Academie* *Jacobus Arminius*, quem, ut iterum notaret *Baudius*, nominabat *Scandalum Ecclesie.* Sic similes habuerunt labra lactucas. Evolve *Arndii* Bibliothecam

cam Politico-Heraldicam p. 132. sq. Wegen der vielen Secten hat er an der Wahrheit der Reformirten Religion gezweifelt, und wegen der unzüchtigen Liebe ist er Ancillarius genennet worden. Über dieses soll er aus Armuth den Teuffel zu Paris consuliret haben, wo der Petronius ganz anzutreffen, und wo verborgene Schätze lägen.

Andreas BAVERVS, SS. Theol. D. & Ecclesiastes Lipsiensis ad St. Nicolaum: *τὰ ἀνω Φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.* h)

h) Colloff. III. v. 2. Götzius in Elogiis Theol. quor. Germ. p. 162.

Caspar BAVMANNVS, Raut. Sil. Ecclesiast. Simpsenatis: *Christi Baculus Ruenti Solamen.* i)

i) Jo. Heermannus in Epigrammatibus p. 202.

Johannes BAVMGERTNERVS, Pastor Heyrethensis & Roslachiensis in Ducatu Coburgensi: *Inter Brachia Christi Finiam.* k)

k) Wetzelius in Hymnographia P. I. p. 109.

Richardus BAXTERVS, Theologus Anglus: *Deine Güte ist besser denn Leben.* l)

l) Psal. LXIII. v. 4.

Fridericus BECHMANNVS, SS. Theol. D. ejusdemque facultatis Professor Jenensis: *Quicquid seminaverit homo, hoc & metet.* m)

m) Gal. VI. v. 7.

M. Hermannus BECKER, Pastor ad D. Jacobi & Professor Matheseos in Academia Rostochiensis: *Christus Via, Veritas & Vita.* n)

n) Joh. XIV. v. 6.

M. Dominicus BEERIVS, Diaconus Senior ædis primariæ Laurentio sacratæ apud Norimbergenses: *Meritum Domini Beat.*

M. Jacobus BERELIVS, Præpositus ad Spirit. Sanct. & Pastor ad D. Bernhardi Uratislaviæ: *Magis Immortale Beabit.* o)

o) Calagius in Symbolis Theologor. Uratislaviensium; & Jo. Heermannus Lib. II. Lemmatum Symbolicorum n. 4.

Guilielmus de BERGIS, ex illustri Grimbergorum familia, tertius Antwerpiensium Episcopus, qui Gregorio XIII. a cubiculis fuit, tandem Archi-Episcopus Cameracensis: *Ex momento æternitas.* p)

p) Sueritius in Monumentis Brabantia p. 16.

M. Christia-

M. Christianus BERLICHIVS, Pastor & Superintendens Neostadiensis: *Schlecht und Recht.* q)

q) Ex Psal. XXV. v. 21,

Matthias BERLICHIVS, Jure-Consultus: *Malo ferre, quam inferre.*

Paulus BERNAVUS, Freystadiensium & Frauftadiensium olim Pastor: *S. A. E. S. id est: Sub Alis Ejus Sperabis.* r)

r) Symbolum quoque ejus ἀναγκαστικῆς hoc erat:

Unus a labe purus;

Quod ita explicabat:

A labe ut purus fiam Christus facit unus.

Vide Lauterbachs Frauftädtisches Zion p. 138. sq.

Johannes Baptista BESARDVS, Civis Bisuntinus ac LL, Doctor: *Et Pallade & Phæbo.*

Petrus BERTIVS, Collegii olim Illustrium Ordinum, quod est Lugduni Batavorum, Regens, postea Cosinographus Regis Gallia: *Unum expetii a Domino.* s)

s) Psal. XXVII. v. 4.

Hieronymus van BEVERNINCK, J. U. D. Reip. Goudanae Excensul & Lycæi Batavi Curator: *Ne te quæsieris extra.*

Marcus BEVMLERVS, Professor Publicus tam linguæ Græcæ quam Theologiæ Tiguri: *ὄκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα.*

Joachimus BEVSTIVS, J. U. D. Trium Electorum Saxoniae & Principis Anhaltini Confiliarius ac Antecessor Wittebergensis: *Vive Memor Letbi.* t)

t) Sanctissimus Nobilis hic Beustius fuit & piissimus Juris Doctor. Sacra Biblia enim magna assiduitate continuo legit & Patres græcæ latinæque Ecclesiæ, cum Theandri Lutheri Tomis, *cujus auream Genesin semper secum habuit & in locos communes digessit;* Vide Kili Collectan. Evangel. p. 282. Conf. Conc. funebrem B. Beustio habit, a Petro Willichio. *Libello Christiados, ut vocat, seu Latinis versiculis, quibus singulorum textuum Evangelicorum Dominicalium Pericopen complexus est, multis puerorum Scholasticorum Chiliadibus salvificam doctrinam implanta- vit. Hos versiculos in Epistola dedicatoria, ad Augustissimum Saxoniae Electorem AVGVSTVM scripta, & opusculo præfixa, delicias suas, in*
line.

Itineribus Legationum & Commissionum Electoralium natus, appellavit. Vid. Edit. Witteb. 1570. Lips. 1577. & iterum Lips. edit. 1651. Alias editiones, vel sexcenties diversis in locis apparatus, nunc omitto. Ex Enchiridio ipsius de arte bene beateque moriendi multi illustres ac docti Viri bene beateque mori didicerunt, quod ex historiarum monumentis facile est demonstrare. Orthodoxam ejusdem Enarrationem Evangeliorum Dominicalium & Festalium, pietate & eruditione scatentem, omnes solide docti admirantur, utpote ex CCXXXVIII. piis & doctis scriptoribus summo studio ac judicio collectam. Congessit illam in prædio suo nobili Planitz prope Zwickaviam, aulicæ Vitæ ac functionis satur, DEO & sibi vivens. Hinc D. David Peiferus, Elect. Sax. Cancellarius, ipsi carmine prolixo elegiaco gratulatus est, quod Celeberrimus Poëta ac Theologus Academiæ Lipsiensis, D. Fridericus Rappoltus in lectionibus suis mirifice commendare, atque omnes Musas ac gratias manus suas in illo abluisse, profiteri solebat. Venustissime enim depingit vitæ aulicæ splendida κινδυνέματα, ac Vitæ rusticæ simplicia tutaque ἠδύσματα. Præfigi itaque illud Beustius huic suæ Orthodoxæ Evangeliorum Enarrationi voluit. Merito igitur apud D. Hermannum Kirchnerum, ICtum & Oratorem Marpurgensem, Orat. 3. Panegyri. p. 93. audit ICtus ac Theologus Celeberrimus; & apud D. Othonem Meilandrum, ICtum Hasfiacum & postea Cæsareum, Tom. I. Joco-Serior. p. 131. Jure Consultus Sanctissimus & Nobilissimus Theologus. Pro Symbolo perpetuo habuit Hemistichion Persii ex Satyra: VIVE MEMOR LETHI! quod Johannes Ulricus, Sonnebergensis, Nepotum Beustianorum in Planitz Informator, hisce versibus exposuit;

Exigo dum mecum, mecum dum mente revolvo,
 Symbola quæ fuerint, o JOACHIME, tua;
 Te dixisse pie, fateor, sapienter, & unde
 Doctrinæ multum quis queat excipere.
 Et quamvis id idem doctissimus ille Poeta,
 Persius, invenit, nomina clara gerens:
 Attamen hoc nos multa monet, vitæque beatæ
 Pingit, ut ipse vides, Lector amice, statum.
 VIVE MEMOR LETHI, dixit, qui, vivere quid sit,
 Nescivit, nedum, mors quid amara fiet.
 Hoc tamen ille suis conatur dicere scriptis:
 Discamus, mortis quam sit avara manus,

Nos

Nos autem scimus, qui Christi nomine Sancto
 Gaudemus, quid sit vivere, quidque mori.
 Qui Domino vivit, vivit bene, vivit & ille;
 Sit MEMOR LETHI: *hæc mors pia, vita pia,*
 Hic memor est Lethi Domino qui credidit omnem
 Vitam, a qua nobis pendet & hora necis.
 Qui memor est Lethi studiose crimina vitat,
 Diligit atque homines, diligit atque DEum.
 Tu, JOACHIME, igitur, BEVSTI, qui nomine Clarus,
 Quique arte egregius, qui pietate bonus,
 Ducendo vitam sanctam MEMOR ipse fuisti
 LETHI, & nosti, quid vivere, quidque mori.
 Ceu tibi mors suavis fuit, ut somnusque salubris:
 Sic tibi contingat Vita beata, precor.

Symboli sui Praxin in hoc quoque ostendit Beustius, quod sepulchrum suum integros octo, ante obitum, annos, in templo Planiziano, a se ædificato & pulchre exornato, sibi fieri curavit. In loculo quoque suo ita componi voluit, ut *pileum Doctorem* in capite, libellum suum *de arte moriendi* manu dextera, *Gladium vero Equestrem* sinistra gesserit ac tenuerit; Vid. cit. Conc. funebr. Epicediaque adjuncta & *Weissius* in Manipulo Symbolorum p. 21. sqq. Præterea Symboli loco ei quoque fuisse *Avem Pelecanum*, Insigne alias *Menciorum*, addito hoc Disticho:

*Sanguine das Vitam pullis Ægyptius ales,
 Tu mihi das Vitam sanguine, Christe, tuo;*

Refert *Kriegerus* in *Historologia* p. 141. col. 1.

Michaël BEVTHERVS, Jctus & Historicus Argentoratensis insignis, variisque scriptis inclutus, Symbolo gavisus est gemino, sacro nempe hoc: *Adjuvante Deo*; Politico autem isto: *Perrumpendum est. Hindurch mit Freuden unverzagt.* u)

u) Vid. *Adami Vitæ Philosophorum* p. m. 340.

Petrus BEVTRICHIVS, Jctus Germanus: *Arte, Sorte, Marte.* w)

w) Quod *Joh. Posthius* *Parergorum Poeticorum* P. II. p. 60. ita adumbravit:

Artes ingenuas teneris avidissime ab annis

Beutrichus imbibit sagax;

Sorte bona ad summos properare est evectus honores,

Multis stupentibus invidis.

Mars animos cernens. Age, sis meus, inquit, alumnus

Nostrumque sis Dux militum.

E

Artibus

*Artibus ergo potens, & Sorte & Marte beatus,
Elegit hoc sibi Symbolum.*

Confer. p. us. ubi tumulum ejus tali condecorat Elogio :

Maximus ingenio, vario sermone disertus,

Fortiaque ad Martis prælia natus eras.

Justitiæ rigidus cultor, Legumque peritus,

Laurea quæ doctis serua dedere comis.

Principibus placuisse viris si maxima Laus est,

Laus ea jure tuos condecorat cineres.

Raptus es, heu, nobis alieno tempore, raptus

In medio ætatis flore & honore tuæ.

Salve anima illustri: nitidi novus ætheris hæres

Salve, & perpetuum, Petre beate, vale.

Bartholomæus BILOVIVS a Bilou, Stendaliensis Marchicus,
Com. Pal, & Poëta Laureatus : *Spes mea Christus erit : Durum pa-
tientia vincet. x)*

x) Varias hujus Symboli expositiones legas apud *Aleutnerum* l. c. p. 275.
sq. p. 285. & 493. *Joachimum Hoffmannum* Poëmatum Lit. K. 8. col. I.
& *Samuelem Latochium* Laurifoliorum p. 321.

Nicolaus BLANCARDVS, Medicus & Illustrum Zelandiæ
Ordd. Historicus : *Moribus antiquis. Item : Incertum quo fata
trabant.*

Stephanus BLANCARDVS, Phil, & Med, D. Amstelodamen-
sis : *Dominus Providebit.*

Jacobus BLASIVS, Ordinis S. Francisci, Namurcensis Epi-
scopus : *Urget æternum.*

Petrus Cornelissonius BOCKENBERGIVS, Goudanus, Hi-
storiographus Hollandiæ Zelandiæque, æmulus Jani Douzæ, quo cum
multas tricas habuit & Dissertationes : *Ne Vita Tragædia. y)*

y) Quod Symbolum mihi reducit in mentem hæc *Valerii Andree Desselii*
JCr, legenda in Bibliotheca ejus Belgica p. m. 732. *Aliquod fortasse
nomen decusque laturus, nisi sacerdos sese infami sacrilegio & infandis
nuptiis conspurcasset.*

Jacobus BOEHMIVS, Sutor ille famosus Gorlicensis : *Un-
ser Heil im Leben, Jesu Christi In Uns. z)*

z) Vide *Funccii* Lebens-Geschichte der Görlichischen Geistlichkeit. p. 65.

Heinri-

Heinricus BOEZO, Med. D. & Prof. Publ. Lipsiensis: *Omnia JESVS.* aa)

aa) Evolve Lexicon Eruditorum p. 2606.

Augustus Fridericus BONE, Consiliarius Ducalis & Serenissimi Silesiorum, Lignicii, Bregæ & Wolaviæ Principis Georgii Guilielmi Ephorus: *Antiqua Fide Beabor.*

Jacobus BONGARSIVS, Henrici IV. Gall. Reg. Legatus: *Servire Deo, regnare.*

M. Elias BONVINIVS s. *Guttwein* / Eccles. Uratisl, Elifabeth. Symmysta: *Bonum, sequi Dominum.* bb)

bb) *Calagius* in Symbolis Theologor. Uratisl. & *Zuberus Pemmate* I. Novorum Carminum Lit. f. 6. col. 1.

M. Herrmannus BONNVS, primus Lubecensium Superintendens: *Spes mea unica Christus.*

Petrus BOZVINVS, Theologus Reformatus: *Messis multa, Operarii vero pauci.* cc)

cc) Matth. IX, v. 37. Luc. X, v. 2. Cum Lausannæ mane & a prandio Concionem Catechetica[m] habuisset, vesperi concioni alterius interfuisset, in cœna hilaris fuisset, ea finita deambulando se recreasset, domum regressus, dum familiarem quendam ægotantem consolaretur, ἐχάτως εἶχεν cœpit, & cum dixisset, Domine suscipe spiritum, & ad servum accurrentem, Ora! placide exspiravit. A. 1582. Vid. *Colomesii Galliam Orientalem* p. m. 32.

Jacobus BORNITIVS, J. V. D. Sac. Cæs. Maj. Consiliarius & Fisci Regii per Lusatiam superiorem Patronus: *Nostrium πολιτευμα in Cœlis.* dd)

dd) Vid. *Heermanni Epigrammata* p. 198. *Zuberi Pemma* I. Novorum Carminum Lit. L. 2. col. 1. *Ejusdem Epimiætorum Epodætyas Pemma* unum Lit. c. 1. col. 1.

Godofredus Christianus BOSIVS, Lipsiensis, SS. Theol. D. & ad D. Thomæ in patria Archi-Diaconus: *Gratia Christi Beans Large Decorat.*

M. Heinricus BOSSIIVS, in Ecclesia Minoritana apud Augustanos Pastor: *Deus Providebit.* ee)

ee) Genes. 22,

E 2

Johannes

Johannes BOTSACCVS, SS. Theol. D. & Pastor Gedanensis Primarius ac Rev. Ministerii Senior : *Omnia vana, nihil, prater amare DEum.* ff)

ff) *Prætorius* in *Athenis Gedanensibus* p. 76.

Marcus Zuerius BOXHORNIVS, Eloquentiæ & Historiarum in Academia Lugduno-Batava Professor : *Quantum est quod sciatur!* gg)

gg) De hoc Præcoce Erudito, teste *CL. Wolffio* apud *Klefeckerum* l.c. p. 39., lego in Vita Ejus, eleganter fideliterque descripta a *Baselio*, quod in ætate provecta malle se, professus fuerit, si scripta sua juvenilia inter anecdotæ potius laterent, quam in Eruditorum manibus versarentur. Quod commune ipsi fuit cum *Grotio*, humani ingenii portento; Vid. *Ejus* Epist. ad *Scriverium* ap. *Mr. Bayle* Diction. T. III. p. 2870. b. Qua occasione idem Juvenibus scripta minime præcipitanda suadet, sed *Thomæi* potius commendat exemplum, scripta ab ipso Juvene elaborata in Senectute demum edentis. Fuit etiam Sorbonicus quidam Doctor, *Mr. Lescout* dictus, qui cum multa Juvenis scripsisset, se non scripsisse optavit, ut narrat *Mr. Marville* Tom. III. Miscell. Histor. Liter. p. 94. Qui & ipse variis argumentis scriptis inclarescendi libidinem in Juvenibus coercere & refrenare annititur. Interim tamen *Menzinus* in elegantissimo de Invidia Literatorum libello, qui *D. Majoris* genio erranti subiectus est, invidiæ illos notat nomine, qui Eruditos Juvenes a scriptione avocare conantur. Insuper & id de *Boxhornio* notandum, quod studiis intentus Tabaco suo contentus fuerit, noctesque diesque librosvolvendo & fumum captando triverit; Vid. *Die Vergnügungen müßiger Stunden* P. I. p. 61.

Robertus BOYLE, Anglus: *Felix qui potuit rerum cognoscere causas.*

M. Johannes BRACHMANNVS, prius Scholæ Guraniæ deinde Fraustadianæ Rector: *Fiat Tua Christe Voluntas.* hh)

hh) *Adi Heermanni* Epigrammata p. 391. *Ejusdem* Lemmata Symbolica L. II. n. 7. & *Casp. Cunradi* Epigr. L. IV. lit. c. 3. col. 2.

Johannes BRANTIVS, Jctus & Senator Antwerpiensis: *Libenter, Ardenter, Constante.* ii)

ii) *Evolve Lexicon Eruditorum* p. 350.

Johannes BRASTBERG, J. V. D. & Aulæ Wirtembergicæ Cancellarius: *In*

In Te, Christe, meas iactavi maxime curas,

Tu mea spes, meritum, gloria, vita, salus! kk)

kk) *Fischlinus* in *Vitis præcipuorum Cancellariorum & Procancellariorum Ducatus Wirtembergici* p. 12.

Joachimus Justus BREITHAVPTIVS, SS. Theol. D. Abbas Berg. Magdeb. & Superint. Generalis: *Justus ut Palma florebit, sicut Cedrus Libani.* ll)

ll) Psal. 92.

Barnabas BRISSONIVS, Consistorii Regii in Gallia Consiliarius & Senatus Parisiensis Præses: *Nondum effugimus fortune laqueos.* mm)

mm) *Auditus ille est sæpius amicis non sine gemitu & ductis ex imo pectore suspiriis dicere, se ad macellum servari. Hinc etiam hoc sibi elegit Symbolum. Nec tristi huic de se augurio eventus postea defuit. Nam tigno suspensus & compressis laqueo faucibus crudelissime interemptus fuit. Vid. Leickeri Vitas Clarissimorum Jctorum* p. 303. sq.

Johannes Jacobus BREITINGERS, Templi majoris Tiguri Antistes: *Solida Humilitas tutior est ventosa Celsitudine.* Item: *Turpe est Doctori, si Culpa redarguit ipsum.*
At fateor monitis sum minor ipse meis.

Johannes BREITHOR, P. L. C. & Ducatus Glogoviensis Secretarius: *In omnibus operibus tuis memor esto novissimorum tuorum, & in æternum non peccabis.* nn)

nn) *Ex Syracid.* 7. v. ult. *Vid. Calagii Epigrammata* L. III. p. 95. *Exneri Schediasmata Poetica* p. 173. *Latochii Laurifolia* p. 308. *Aleutneri Epigrammata* p. 112. & 422. *Hoffmanni Poemata*, quæ Gorlicii M. D. IC. prodierunt, *Lit. n. 6. col. 1. Casp. Cunradi Epigr.* L. IV. *Lit. b. 6. col. 2. & Gruteri* P. II. *Deliciar. Poet. Germ.* p. 1078.

Johannes Jacobus BROMBACH a Dissenau, Guilielmi Marchionis Badensis Consiliarius: *Con Dio e Ragione.*

Everhardus BRONCHORSTIVS, J. V. D. & Prof. Publ. Leydenfis: *Beata Gens cui Jehovah Deus!* oo)

oo) *Ex Psal. CXLIV, v. ult.*

Janus BROVCKHVSIVS, Belga, nostri avi Propertius & Urbis Amstelodamensis Centurio: *Arte & Marte.* pp)

pp) *In Epitaphio, quod in honorem ejus atque memoriam erectum fuit,*

ipse accumbens capite tamen erecto laureaue ornato apparet. Manibus tenet hoc suum Symbolum: ARTE ET MARTE. Inferius conspicuum est sequens, quod Laurus & signa quædam militaria ambeunt, Chronostichon:

PRINCEPS
POETARVM
DECESSIT
M. DCC. VII.

Et ad pedes denique hujus monumenti hic observatur versus:

Dux situs hic Janus Brouchusius atque Poëta.

Conf. CL. Menckenij Diss. de Viris militia æque ac scriptis illustribus p. 19.

M. Christianus Fridericus BÜCHERVS, Ecclesiastes ad D. Cathar. Gedanensis, Vir solide doctus, malleus Hæresium & Fanaticorum: Ich hasse die Flatter-Geister und liebe dein Gesetz. qq)

qq) Ex Psal. 119. v. 113. Vid. Prætorii Athenas Gedanenses p. 139. & Miscellanea Lipsiensia Tom. III. p. 376.

Georgius BVCHERVS, Pastor apud Olavienses in Silesia: *Tantum diligite veritatem & Pacem.* rr)

rr) Actor, II. v. 8. Confer. Friderici Jenckii Thimonia Symbolorum Prima num. I. Prodiit Olsn. Sil. 1608. 8.

Augustus BVCHNERVS, humaniorum Literarum Professor & Acad. Witteb. Senior: *Unum est necessarium.* ss)

ss) Sunt alias verba Salvatoris nostri ad Martham intempestive in Oeconomicis negotiosam Luc. X. v. ult. Man sagt von Ihm / er habe auf der Catheder kein Wort Latein reden können, und sey also mit unter den 3. besondern Dingen gewesen, welche Churfürst Joh. Georg I. zu Sachsen in seinen Landen gehabt; Als da war 1) Matthias Hoë von Hornegg, Hoff-Prediger, der ein Soldat gewesen; 2) Der General Kupffer, der kein Pulver riechen konnte, und 3) unser Professor Buchnerus, der auf der Catheder kein Latein reden können; Vid. Wetzeli Hymnopœographia P. I. p. 134.

Abrahamus BVCHOLCERVS, Chronologus & Ecclesiæ Freystadiensis Pastor:

*Nil scio te præter crucefixum, CHRISTE Redemptor,
Tu mihi Christe mane, sic mihi cuncta manet.* tt)

Item

Item:

*Fide DEO, diffide tibi, parvisque placere
Respue, dum vivis, vivere disce DEO.
Prospera non vallant animum, nec tristia frangant,
Et mala ne facias, nec mala fata feras. uu)*

tt) *Lauterbachius* im *Fraustädtischen Zion* p. 104.

uu) *Krügerus* in *Historologia* p. 2. b.

*Godofredus BVCHOLCERVS, Abrah. filius, Reipublicæ
Gorlicensis Notarius: Auctore & Perfectore DEO. ww)*

ww) *Aleutnerus* l. c. p. 114. & p. 171.

*M. Johannes BVCHWELDERVS, Pastor Ecclesiæ Strelensis
& Ministerii ejusdem Diœcesis Senior, Theologus pius & erudi-
tus: Consumor. xx)*

xx) *Lucæ XIII. v. 32. Vid. Lucæ Memorabilia Silesiæ* p. 1413. sq.

*Daniel BVCRETIVS, alias Kindfleisch yy) dictus, Phil. &
Med. D. Archi-Ducis Caroli, Episcopi Uratisl. Archiater, ejusdemque
Reipublicæ Physicus: Vinco Ferendo. zz)*

yy) *Bucretii* Nomen a Præceptore ipsius *Jo. Caselio* ei impositum fuit,
græcamque habet significationem. Derivatur enim a βῆς, bos, &
κρέας, caro.

zz) *Caspar Dornavius* in *Dulc -- amaro suo*, fol. 25. b. hoc Symbolum
gemino epigrammate exposuit:

I.

Expugnent alii Catapultæ vicibus hostes,
Certius armorum genus est mihi, VINCO FERENDO.

II.

Æquat sola solo regina pecunia muros:
Trita hæc sed quamvis sit via, crimen habet.
VINCAM ergo intrepidus quæcunque adversa FERENDO.

Ducior hæc; nullum sed via crimen habet.

Vide *Weiffii Manipulum Symbolorum* p. 40. Confer. *Delitias Poëta-
rum Germanorum* T. III. p. 525. *Val. Acidalii Poëmata* p. m. 236. p.
310. & p. 349. *Exneri Schediasmata Poetica* p. 346. *Casp. Cunradi*
Cent. I. Epigr. Lit. B. 1. col. 2. Ejusdemque strenam ad Bucretium pro
A. 1608. Calagii Epigrammata L. IV. p. 172. & *Ejusdem Symbola Phi-
losophiæ & Medicinæ Doctorum Uratislaviæ, octostichis explicata &*
Lignicii

Lignicii 1603. 4. edita. *Alcutneri* Epigram, Miscellor. Cent. XI. Lit. a. 5. col. 2. & Lit. B. 3. col. 1.

Johannes Franciscus BVDDEVS, Theol. D. & PP. Ord. in Academia Jenensi: *Æterna sequamur.*

Wenceslaus BVD OVIZ a Budoua, Baro & Confiliarius Cæsareus: *In Christo omnes thesauri cognitionis & Sapientie absconditi sunt.* aaa)

aaa) Coloff, II. v. 3.

Johannes BVGENHAGIVS, SS. Theol. D. Prof. Publ. Pastor & Superintendens Wittenbergensis:

Si JESUM bene scis, satis est, si cætera nescis;

Si JESUM nescis, nil est quod cætera discis. bbb)

bbb) Vid. M. Christoph. Frid. Lammeli Historiam Bugenhagianam p. 90. Val. Herbergeri Trauerb. Part. I. p. 28. Krügeri Historologiam p. 156. a. Aliud tamen Symbolum e Psalm. XXXVII. v. 5. petitum adducit Crenius l. c. P. XI. p. 132. ita scribens: *Johannes Bugenhagius sæpe dictum Psalmi XXXVII, 5. Commenda Domino viam tuam, & spera in eum, ipse faciet, repetebat.*

Christophorus BVLÆVS, SS. Theol. D. Sereniss. Electoris Saxon. Confiliarius Ecclesiasticus, Pastor & Superintendens Dresdenfis: *Cuncta Beante Deo.* Item: *Christi Benedictio Ditat.*

Mauritius BVRCHARDVS, SS. Theol. D. Prof. Publ. & ad D. Thomæ Lipsiæ Archi-Diaconus: *Næ verbum Domini manet, æternumque manebit.*

Franciscus BVRMANNVS, SS. Theol. D. & Professor Ultrajectinus: *Quid miseri sumus!*

M. Adamus BÜTHNERVS, Gedani in Castello ad ostium maris Balthici Mündano Ecclesiastes: *Der HERR forget vor mich.* ccc)

ccc) Gæzius im Exulanten-Register p. 62.

Andreas BVTHNERVS, Med. D. & Poliator Uratislaviensis: *Credenti reputatur fides ad Justitiam.* ddd)

ddd) Calagius in Symb. Medicor. Uratisl.

Johannes BVXTORFFIVS: *Honor Sapientum Possessio.* eee)

eee) Proverb. III. extr.

M. Mi-

C.

M. Michaël CÆLIVS, Gymnafii Elifabethani Uratſlaviae
Con-Rector & P.P. בְּאֵרֵי הַיָּם *Cum DEO.* a)

a) Ex Pl. LVI, v. 11. Vide Ejus Adumbrationem L. IV. Georg. Virgilio in
front.

M. Andreas CALAGIVS, P. L. C. & prius Scholæ Glacensis
Rector; deinde Gymnaf. Mar. Magd. Patrii Uratſlaviae Prof. Publ.
Ardua Conatus Virtutis. b)

b) *Aleutnerus* l. c. p. 102. *Cunradi* L. IV. Epigr. Lit. c. 4. col. 2.

Michaël CALERTVS, Theologiae D. & Superintendens
Weiffenfelfensis: μακάριοι καὶ θαροὶ καὶ ἠδία. c)

c) Ex Matth. V. v. 8.

Georgius CALIXTVS, Professor Theologiae Primarius Helm-
ſtadiensis & Abbas Regiae Lutterae: *Virescit Vulnere Virtus.*

Fridericus Ulricus CALIXTVS, itidem Professor Theologiae
Primarius Helmſtadiensis, Conſiliarius Eccleſiaſticus Guelpherbyta-
nus & Abbas Regiae Lutterae: *Beati Pacifici.* d)

d) *Crenius* equidem l. c. P. XI. p. 133. hæc Servatoris verba ex Matth. V. v. 9.
deſumpta *Georgio* adſcribit *Calixto Sen.* ſed qua fide ipſe videat. Nos
potius ſequimur *D. Jo. Fabricium* in *Memoria Calixtina* & iſtud Chri-
ſti effatum *Frid. Ulr. Calixto Jun.* Symboli loco attribuimus. Nam
quantus Pacis Cultor fuerit venerandus Senis noſter, id non ſolum ul-
timum ejus ſcriptum *Irenicum*, cui titulus: *Via ad Pacem*; ſed etiam
Inſcriptio teſtatur *Sepulchralis*, quam *D. Jo. Andr. Schmidio* debemus &
quæ ita ſe habet:

Pacis Cultor eram, terræ dum veſcerer aura,
Difſidium diſcors tollere quodque ſtudens.
Et cum me vita juffit diſcedere numen,
Ad pacem, oſtendi, quæ via corda ferat.
Fragile corpus nunc optata in pace quieſcit,
Hoc Princeps pacis donec ad aſtra vocet.
Mens, cum nobilior, longe ſuper æthera ſcandens,
Almæ jam pacis commoda mille capit.
Tu, cui contigerit, pauca hæc legiſſe, Viator,
Irenen memori pectore ama atque cole!
Sic demum cœli ſuperas evectus ad ædes,
Æternam pacem, pacis amice, coles!

F

Vide

Vide *Pippingii* Memorias Theologor. p. 899. sqq. Transiit autem ex hac vita in beatiorē & tranquilliorē alteram A. 1701. d. 13. Jan. ætat. 79. Cum adhuc Lipsiæ A. 1642. studiis operam navaret, in calamitosa satis tempora illa incidebat, quibus Suecorum Dux Dorstenlohnus Leopoldum Wilhelmum supremum belli Ducem Cæsateum fudit, & hoc ipsum bonæ mentis emporium obsessum cepit. Qua in obsidione noster vel neglecto etiam vitæ discrimine, ex turri arcis Plissiacæ Suecos ignitis petiit globulis, atque ita decertavit una cum aliis pro sede Musarum nobilissima, ut quasi præludium illud dixeris earum, quibus postea occupatus fuit in campo Theologico, contentionum & controversiarum; Teste *CL. Menkenio* in Diss. de Viris militia æque ac scriptis illustribus p. 23.

Abrahamus CALOVIVS, SS. Theol. D. Wittebergæ Prof. Publicus & Pastor, Consistorii Assessor, & Circuli Electoralis Saxonici Superintendens Generalis: *בְּרִיב בְּרִיבוֹרָה יְעָץ*

e) Ex Esa. XXXII. v. 8.

Johannes CALVINVS, Theologus ac Ecclesiastes Genevensis, symbolo suo representari voluit Palmam Cor tenentem, additis his verbis: *Prompte & Sincere.* f)

f) In Ore etiam habebat tanquam Symbolum verba Davidis ex Psalmo VI. v. 4. petita: *Usque quo Domine!* Vid. *Adami Vitas Theologor.* Exterior. p. m. 100.

Guilielmus CAMBDENVS, Nobilis Britannia suæ Illustrator: *Pondere non numero.*

Joachimus CAMERARIVS, Doctor Medicus & Physicus Noribergensis diversorumque Principum Archiater: *Ἐφήμερος ὁ βίος. Vita diurna mea est.* g)

g) *M. Martinus Mylius*, Rector Scholæ Gorlicensis, in eruditissimo libro, quem *Hortum Philosophicum* vocat, p. 580. ita scribit: *Hemerocallis, imago brevitatis vitæ, vulgo Lilia mortua, vernacula lingua nominant, ab effectu scilicet. Nam singulis diebus unicus flos sese aperit, reliquis ferme omnibus marcescentibus, ut ita Lilia ἐφήμερα dici queant, (Tage-Lilien.) Hinc sunt imago vitæ humanæ, quæ nihil aliud est, quam dies unus. Unde & Pindarus dixit in Pythiis, hymno 8.*

* Ἐφήμερος τί δὲ τίς; τί δ' ἔστι;

Σκιάς ὅναρ ἀνθρώπου

H. e. Interprete Erasmo Schmidio:

Dici-

*Dici - unius sumus. Quid enim est aliquis? quid
Vero nullus? Umbrae somnium homines sunt.*

Vid. illius Comment. in Pindar. ubi hæc sententia doctissime explicatur, p. 312. Camerarius in suis Emblematicis ait suum Symbolum esse: ΕΦή-
μσπος ὁ βίος, id est, *Vita diurna mea est.* Et ponit hoc Emblemata:

*Extremam statuas ut quamlibet esse dierum,
Fida tibi monitrix Hemerocallis erit.*

Consule Weisium in Manipulo Symbolorum p. 38. sq.

* Dorice & Æolice, pro ΕΦήμσπος.

Thomas CAMPANELLA, Vir stupendæ eruditionis, Calaber Stylenfis, Ordinis Prædicatorum Monachus: *Propter Sion non tacebo.* h)

h) Vid. Blount l. c. p. 657. Ingenium habuit præcox & ad Paradoxa defendenda natum. Hinc coævi absque atheismi crimine eum dimittere noluerunt. Non minus vero in vita quam doctrina notari meretur. Notum quippe eum in urbe *Neapoli* per aliquot annos ob perduellionis crimen carceri inclusum, sæpiusque torturæ subiectum, nunquam autem fractum fuisse. Secundus fuit a *Thoma Moro* qui imaginariæ Republicæ formam scripto consignavit. Dum enim in tenebris & prædore carceris vitam traduceret, *Civitatem solis* delineavit ea cogitationum novitate & sublimitate sensuum ut præter Philosophicas speculationes multa etiam contineat queis Respubl. tutius administrari possent & homines ipsi meliores evadere, prout *referendo censet & censendo refert Gabr. Naudæus Bibliogr. Polit. p. m. Edit. Gladow. 32.* Præter hunc autem librum longe plures & integram pene Bibliothecam scripsit, quorum Catalogum ipse singulari complexus est libello, quem primus *Naudæus*, cui illum horis successivis in calamus dictaverat, edidit Parisiis 1642. 8. In quo tamen omissa est Ejusdem *Apologia pro Galileo*, quæ prodiit Francofurti 1622. 4. Conf. quæ *Campanella* in libro de *Operibus suis* ipse testatur, quem accurate recenset *CL. Heumannus* in *Actis Philosophorum* P. III. c. VII. p. 545. sqq. Adde Auctores de eo exponentes, quos magno numero allegat *Cel. Wolffius* in *Diss. de Carcere Eruditorum Museo* p. 20.

Johannes CANTIENSIS, celebris Theologus Silesius, anteducos & plures annos Cracoviæ vixit, qui & ob doctrinam suam ætate & vitæ sanctimoniam usque adeo clarus fuit, ut Polonia eum pro numine post mortem coluerit multaque ei adscripsi miracula.

cula. Ejus Apophthegma, commonefaciens de modestia, memorabile est:

Conturbare cave; non est placare suave.

Infamare cave; nam revocare grave. i)

i) Vid. Joach. Curæus in Silesiorum Annalibus ad Annum 1473. & Martinus Hankius de Silesiis Indigenis Eruditis p. 155.

Josia a CAPELLE, Ecclesiastes Lugdunensis Batavus: *Placet alea fati.*

M. Georgius CAROLIDES a Carlsperga, P. C. & novæ Pragæ Secretarius: *Memineris Tui. k)*

k) Aleutnerus l. c. p. 273.

Johannes Benedictus CARPZOVIUS, SS. Theol. D. Profess. Publicus & ad D. Thomæ apud Lipsienses Ecclesiastes: *Non sum, ubi sum; Et ubi sum, nondum sum.*

Benedictus CARPZOVIUS, J. C. t. Confiliarius Intimus Electoris Saxonæ & Scabinatus Lipsiensis Senior: *Deo & Proximo. l)*

l) De hoc commune est dictum:

Nisi Berlichius Berlichiasset, CARPZOVIUS non CARPZOVIASSET.

Vide Magiri Eponymologium Criticum p. m. 185.

Conradus CARPZOVIUS, J. U. D. Com. Palat. Cæs. Confiliarius intimus & Cancellarius Saxo-Magdeburgicus: *Christi Cruce Innixus Viriliter Durabo.*

Balthasar CHARISIUS, Phil. & Med. D. & Poliater Glogoviensis: *Non volentis, nec volantis: Sed DEI valentis, & miserentis est. m)*

m) Exnerus in Sched. Poët. p. 204.

Christianus CHEMNITIUS, SS. Theol. D. Prof. Publ. & Superintendentens Jenensis: *Ubi ego sum, ibi & minister meus erit. n)*

n) Ex Joh. XII. v. 26. Er war ein Vetter des berühmten Theologi, Martini Chemnitii, und hatte eine so treffliche Memorie, daß er, wenn einer einen Spruch aus der Bibel, oder nur einen Rahmen daraus anführte, gleich zu sagen wußte, in welchem Buch, Capitel und Verse davon stünde.

Johannes a CHOKIER de Surlet, Canonicus ac Vicarius Generalis Leodiensis: *Nil admirari.*

Jaco-

Jacobus CHYMARRHÆUS, Com. Palat. Eleemosynarius
Cæsareus &c. *Domat Omnia Virtus.* o)

o) *Aleutnerus* l. c. p. 12. *Latochius* l. c. p. 348. *Calogius* L. V. Epigr. p. 160.
Sal. Frenzelius P. I. Epigr. p. 117.

Jacobus CHRISTMANNUS, Joannisbergensis, LL. OO. Prof.
Heidelbergensis: *Differ, habent parva commoda magna mora.* p)

p) *Alius*, cujus jam non succurrit nomen, ex adverso usurpabat hoc Lu-
cani, l. 282. *Tolle moras, semper nocuit differre paratis.*

M. Wolfgangus Jacobus CHRISTMANNUS, Pastor Augu-
stanus Ecclesiæ Minoritanæ: *Jesu dulcissime Te sequar.* Item:

*Christmannus Christum docui, coluique, mibique,
Omnia Christus erat. Omnia Christus erit.* *

* Vid. *Fischlini* *Memoriæ Theol. Wirtemberg.* P. II. p. 181.

M. Josephus CLAUDERUS, Rector atque Mysta Altenbur-
gensis: *Mibi Jehova Custos.* q)

q) Vid. *Ludovici* *Historia Scholarum* P. IV. p. 144.

Samuel CLOSIUS, Uratisl. Silesius, Coenobii D. Mariæ, quod
Magdeburgi est, Præpositus, & Principp. Brunsvic. Consiliarius Ec-
clesiasticus: *In manibus Domini sortes mea.* r)

r) Pl. XXXI. v. 16.

Gottlieb COBER, Altenburgensis, SS. Theol. Cultor, va-
riisque libellis clarus: *Melius est pro Veritate pati supplicium, quam
pro adulatione beneficium.*

Johannes COCCEJUS, SS. Theol. D. & Prof. Leydenensis:
כל מבקשי יי רבנו כל *Quærentes DEUM intelligent omnia.*

Christophorus COCHIUS, Naumburg. Sil. P. L. C. & Medicus
Luben. Ordin. *Christo Connixus Nescio Sterni.* s)

s) *Evolve Jo. Heermanni* *Epigrammata* p. 457.

Georgius COELESTINUS, SS. Theol. D. & Præpositus Co-
loniensis ad Suevum in Marchia: *Cœlestia spectato.* t)

t) Circa Insignia sua, quæ fuerunt in galea & clypeo sol, luna, stella &
nubes, Cœlestinus hanc Symbolicam epigraphen ponere consuevit, de
qua ita canit M. Michael Haslobius, Berlinensis:

*Quod spretis aliis, tractas cœlestia, rebus,
Fallor? an a cælo nomen, ut omen, habes?*

*Hinc etiam pingunt clypeum lucentia cælo,
Cælica qui tantum jussa sequenda doces.*

Vide *Cælestini* Histor. Comit. Augustan. in fine Tomi I. & IV. & post initium III. & *Weiffii* Manipulum Symbol. p. 7.

Salomon CODOMANNUS, Pastor & Decanus Ecclesiæ orthodoxæ Kittingensis: *Patientia Medicina mali.*

Christophorus COLERVS, Boleslavia Silesius, Orator, Poëta, Historicus & Philologus, Gymnasiique Elisabeth. Uratisl. P. P. & Bibliothecarius: *Prudens simplicitas.* u)

u) Ex Marcial. L. 10, epigr. 47.

Gottlieb COLERVS, Pastor in Waldau & Senior Diœceseos Lignicensis: *Gratia Christi Beatus sum.* w)

w) Ephes. 2. v. 8.

Venceslaus COLIDIUS, Pragensis, Scholæ Albæaquensis Rector: *Virtus coronat pauperem.* x)

x) *Samuel Radeschimus*, *Albæaq.* hujus Symboli Interpretationem talem dat:

Amphitryoniades olim genus omne laborum

Robore Virtutis vicerat atque manu.

Non timuit Nemeæ vastum immanemque Leonem:

Non Lernæam Hydram: Stymphalidasque feras.

Non Erymanthæum dentato aprum ore frementem;

Est quoque tartareas ausus adire domos.

Sic nos Christicolæ, sancto Virtutis amore

Omnia lætanti pectore ferre decet,

Ferre decet: plenis virtutem amplectier ulnis:

Namque ea sola bonos exhilarare solet.

Illa fovet miseros; doctos hæc sola coronat:

Efficit & ferri doctæ per ora virum.

Præferre huic nolim (nisi sit mens levis) Smaragdos,

Quicquid & ipse auro turbidus Hermus habet.

Nec quid ripa Tagi despumat, ripa beata:

Aut Erythrææ cavo tegmine concha gerit.

His tu non longum partis lætabere: Virtus

Perpetuo floret, perpetuoque viget.

Vide *Carmina Gratulatoria scripta ab amicis cum Colidius primum in Philosophia gradum capesseret in Academia Pragensi 1586, typis exscripta Gorlicii in 4to.*

Johan-

Johannes COMBACHIVS, Professor Physicæ & Theologiæ
Cassellis: *Sine Invidia & Superbia.*

Hermannus CONRINGIVS, D. & Professor Helmstadiensis:
Quantum est in rebus inane! y)

y) *Bæbymerus* in Prolusionibus de Professoribus Medicis Helmst. p. 46.

Bernhardus COPIVS, Jctus & Professor Marpurgenſis:
Τὰ ἀνω ζῆται. z)

z) Coloss. III. v. 1. 2.

Abrahamus COERBERVS, Collega Magdalenæus Uratislavi-
ensis: *Asylum, Christi Vulnera, Salvum.* aa)

aa) *Cunradus* L. IV. Epigr. Lit. c. 5. col. 1.

Johannes COERBERVS, Scholæ Provincialis in Borussia Sub-
Rector: *Crux Officina Salutis.*

M. Paulus CORDES, Hamburgensis, Ecclesiæ A. C. addictæ
Amstelrodami Pastor: *Mea Portio Christus Homo.*

Fridericus CORFINIVS, J. U. D.: *Virtute Deoque nisus.* bb)

bb) *Aleutnerus* l. c. p. 53. & 199.

Andreas CORVINVS, Jur. Utr. Licentiatus & Prof. Publ. Li-
pſiæ: *Mibi autem bonum est adharere Domino. Præterea: Prout re-
ligio suggerit. Item: Constantia & Patientia.*

Georgius CORVINVS, Typographus, Vir bonus & elegan-
ter doctus: *Ex uno Omnia.* cc)

cc) *Vide Sal. Frenzelii Poemata Sacra* Lit. M. 8. col. 1. *Ejusd.* Epigr.
P. I. p. 46.

Clemens CRABEEL, Præsul Ecclesiæ Sylvæducentis: *Tempus
faciendi Domino.* dd)

dd) *Suvertius* in *Monimentis* Brab. p. 19.

Daniel CRAMERVS, SS. Theol. D. Ecclesiæque Cathedralis
& Gymnasii apud Stedinenses Pastor ac Professor: *Domini Doctrina
Coronat.* ee) five:

*Nil scio, nil possum, nil sum quoque, quod tamen esse,
Scire, & posse aliquid dicar, id omne DEi est.* ff)

ee) *Acrologum* hoc Symbolum Doctor Daniel Cramerus, ex suo titulo ac
nomine, eruit ac usurpavit, sine & cum Emblemate. Sine hoc, sim-
pliciter positum, hisce versibus illustravit M. Philippus Horst, Bruno-
polita, Prof. Jenensis: *Curritur*

*Curritur in stadio, studio non curritur uno;
Nec cunctos eadem laurea & una manet.*

*Macte tua, CRAMERE, daphne! DOCTRINA CORONAT
Te DOMINI. O felix, hoc stadio studium.*

Vid. Crameri Arborem hæret. Consanguinit. ab init. post Dedicat. edit. Argentorat. Cum emblemate (*in quo puer alatus, juxta cor in ara positum & inflammatum, humi super crucem sedens, ac manu dextra librum apertum tenens, cytharamque pedibus attingens, ab angelo coronam & palmam cœlitus accipit.*) Ipse Cramerus Symbolum suum ita explanavit:

*Uror, & uro, viden'! DOMINI DOCTRINA CORONAT:
Hic mens pura mihi, & cura: ibi palma mihi.*

Et iterum sic fufius:

*Oro, laboro, fero: DOMINUS, cui sunt mea cura;
Curat id, atque suum sponte CORONAT opus.
Sic mihi certanti fertum, quod denegat Orbis,
Palma triumphanti cœlitus alma dabit.*

Vid. Part. II. Emblem. Sacr. Crameri, post Præf. ad Lect. benev. Conf. Ejusdem Biblia Illustr. edit. Argent. in folio, ab initio; Jo. Simonii Fasc. IV. ejusque P. I. Megapolitanorum p. 85. & Weissii Manipul. Symbol. p. 8.

ff) Crenius l. c. P. XI. p. 141.

M. Georgius CRAMERUS, Scholæ Thomanæ, quæ Lipsiæ est, Rector: τὰ ἀνά φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπί τῆς γῆς. gg)

gg) Coloss. III. v. 2.

Johannes Jacobus CRAMERUS, D. Theologus & Philologus Herborenensis & Tigurinus; קנה תמבור e Prov. XXIII, 23, *Veritatem eme & noli vendere.* hh)

hh) Explicavit hoc Symbolum fraternæ Virtutis atque Doctrinæ imitator Jo. Rudolphus Cramerus, Hebrææ Linguae in Tigurina Schola Professor, præfatus de illo in tratis Jo. Jacobi Theologiam Israëlis, Francofurti editam MD CCV. in 4to.

Johannes CRATO a Crafftheim, Doctor Medicus & Impp. Ferdinandi I. Maximiliani II. & Rudolphi II. Archiater ac Confiliarius: *Ira modereris & Ori.* ii)

ii) Cur Crafftheim dictus fuerit, in epistola quadam ad Michaëlem Neandrum, quæ adjuncta est Compendio illius Physico p. 155. hisce verbis ipse

ipse exponit: *Ut me Divus Maximilianus II. Imp. Crafftheimium appellaret, fecit Medicus quidam Nordhusanus, Johannes Crato, qui in Comitibus Augustanis, ao. LXV. Imagines familiae petebat; & typographus Wittebergensis. Addit Neander ad vocem Crafftheim hoc scholion: id est, de veteri Crafftorum familia, quæ supra ducentos annos in Urbe Uratislavia, cum summa probitatis & innocentiae laude vixit. De Symbolo Cratonis ita scribit Dresserus p. 347. Orat. Lips. edit. 1606. hunc in modum: Usurpavit Symbolum, quale sapientes solent, & moderati homines: Iræ modereris & Ori. Quod pictura gigantis nudi expressit, qui manu sua os leonis comprimit. Hanc Bibliothecæ suæ libris, recens compactis, aureo schemate imprimi curavit, uti me ἀνοψία docuit. Ἄδελος ita exposuit:*

Corporis, ira frequens, animique gravissima pestis;

Officit illa homini, displicet illa Deo.

Os effrene parit certissima damna loquaci,

Dedecus ante homines, dedecus ante Deum.

Ne miser ergo fies: Iræ modereris & ori:

Proderit os parcum, proderit ira decens.

Weissius l. c. p. 34. sq. Usurpavit ille etiam crebris sermonibus verba Præceptoris sui, Jo. Baptiste Montani, Medici Veronensis: Sapiamus ut pauci, Loquamur ut multi, teste Adamo in Vitis Medicorum. Cæteroquin vitæ splendorem Cratonis imprimis auget, quod D. Paullini fide J. F. Heckelii, refert, nimirum ex beneficio & gratia Cælaris Maximiliani II. impetrasse A. 1574. Cratonem (mendo typhoteta legitur 1547.) Jus aureos nummos cudendi. Vid. Philosoph. Feyer-Abend p. 635. Conf. M. Jo. Theod. Leubscherum in Continuatione de CL. Gryphis p. 11. seqq.

Georgius CRAUSERUS, Pastor & Superintendens Eysenbergensis: *Der HERR ist mein Licht und mein Heyl. kk)*

kk) Psal. XXVII. v. 1.

Hartmannus CREIDIUS, Pastor Augustanus: *In Christo Veritas. ll)*

ll) Ephes. IV. v. 21.

M. Valentinus CREMCOVIUS, Rector & Mystra Magdeburgensis:

Quando ego, Christe, habeo te, habeo omnia, & omnia, præter Te, quamvis habeam, nil ego, Christe, habeo. mm)

G

mm) Vide

mm) Vide *Getzii Send-Schreiben an einen 50. jährigen Döbelischen Prediger* p. 15.

Thomas CRENIUS, Philologus nostra ætate celeberrimus:

τῆ ἐλαπίδι ἐσωθημεν. nn)

nn) Rom. VIII. v. 24. teste ipso l. c. P. XII. p. 24.

Paulus CROCIUS:

Ὁ Θεός ἐστὶν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θεῖον καὶ τὸ ἐνεργῆν. oo)

oo) Philipp. II. v. 13.

Christophorus CROEMELIUS, Silesius: *Durum patientia frango.* pp)

pp) *Aleutnerus* l. c. p. 435.

Caspar CRUCIGER, SS. Theol. D. & Lutheri in Versione Bibliorum Adjutor:

Est pietas homini rerum gratissima messis

Qui pius est veris nescit egere bonis. rr)

Item: *Omnia prætereunt, præter amare DEUM.* ss)

rr) *Krügerus* l. c. p. 54. a.

ss) Ille ipse quia Dei vestigia libenter considerabat in natura, sæpe quoque dictum Platonis repetebat: *Gratam de Deo famam in artibus sparsam esse.* Et illud Pauli, Actorum XVII. v. 27. *Tam prope adesse DEUM ut manibus contrectari possit.* Vid. *Erasmi Reinholti Salfeldensis Orationem de Crucigero*, Tomo III. *Declamationum Philippi Melanctonis* p. m. 307. Non solum enim Theologus, sed & Medicus ac Astronomus erat insignis. Præterea mira in scribendo gaudebat celeritate, ut de ipso illud Epigrammatographi usurpari potuerit:

Currant verba licet manus est velocior illis,

Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Itaque etiam in Colloquio Wormatiæ Vangionum inter disidentes A. 1540. instituto, ipse Notarii loco adhibitus fuit & ibi tam Melanctonis quam Eccii verba incredibili pene manus volubilitate excepit. Hinc Granvellanum, qui loco Cæsaris huic Colloquio præfuit, dixisse accepimus: *Lutherani scribam habent omnibus Pontificiis doctiorem.* Assiduitate autem sua atque pertinaci studio mortem sibi accelerasse dicitur.

Michaël CRÜGENERUS, Medicus, Chymicus & Mathematicus: *Heu quantum est summo posse placere DEO.*

Paulus

Paulus CRUMMIUS, Igl. Moravus, Syndicus Oppaviensis:
Per Christum Jesum moriar. ss)

ss) Quod Aleutnerus l. c. p. 437. ita interpretatur:
 Per Christum Jesum vivo, Moriarque: quid optem
 Amplius? hac dederis si mihi, Christe, sat est.

Adamus CRUSIUS, Fraustadiensis, Pastor in Ober-Pritschen:
Amore Christi Ferueo. tt)

tt) Autore Lauterbachio im Fraustädtischen Zion p. 191.

Johannes Caspar CRUSIUS, Aedituus Gorlicensis: *Esto Fidelis.* uu)

uu) Teste Funccio in denen Lebens-Geschichten der Görlitzischen Geistlichkeit p. 114.

M. Martinus CRUSIUS, Professor Academiae Tubingensis
 Græco-Latinus: κύριε ἰησοῦ, δέξα το πνεῦμά μου. Domine JESU, suscipe Spiritum meum. ww)

ww) Act. VII. v. 59. Qualis & quantus Vir in re literaria fuerit hic Crusius, ex ipsius libris, non modo in Romano-Germanico, sed & Turcico Imperio notissimis, omnium optime cognosci potest. Vitam illius fusissime ac elegantissime descripsit Vitus Myllerus, Professor Tubingensis, in Oratione parentali, Tubingæ cum Epicediis edita, ao. 1608. Confer Præfationes omnium librorum Crusii, quibus multa de se βιογραφικά insperfit. Elogia ipsius vide apud Michael. Neandrum, in Orbe Terra, p. 131. edit. Lips. ao. 1594. Rhodomannum, in Palestina, p. 23. Cellium, in imaginibus S. βιογραφίαις Professorum Tubingensium, l. 3. Et in Censuris Epistolice Theologorum Wittebergensium & Tubingensium, Tomo primo & secundo Corona Annæ Crusii præfixis. Symbolum suum ex S. Stephani Protomartyris, cœleste gaudium jamjam ingressuri, sanctissimo suspirio hausit, crebro sermone usurpavit, suisque & aliorum libris Philotesis, inscribere consuevit, quorum non paucos oculis suis usurpavit Weissius. Qui etiam sequentibus olim versiculis illud in studio & studio Philologico explicavit:

Εἰ σὺ θέλεις στέφανον ζωῆς εἰν αἰθέρι μαρτυρεῖν,
 Εὐχὴν τῆ Στεφάνου δεῖ σε λέγειν συνεχῶς.
 Κύριε ἰησοῦ δέξα μου πνεῦμα τῆσι
 χεῖρισιν. εἰν ᾧ τῆ θανάτου μέθεν. h. e.

Quando cupis cælo vitæ prensare coronam,
 Te gemitum Stephani dicere sæpe decet:

O Domine, o JESU, mortis quando imminet hora,
Spiritulum manibus suscipe, quaeso, meum.

Evolve Illius Manipulum Symbolorum p. 47. sq. Man erzehlet von ihm, daß er seine Annales Sueviæ mit einer einzigen Feder durch und durch sol sauber abgeschrieben auch 7000. Predigten ex tempore Griechisch nachgeschrieben haben.

Jacobus CUJACIUS, Avarici Biturigum Juris Professor, ac Instaurator celeberrimus: *Non quam diu, sed quam bene.* xx)

xx) Krügerus l. c. p. 135. b. Catholicæ religionis Cultor fuit strenuus, quanquam de Theologicis Quæstionibus interrogatus, respondere solitus erat: *Nihil hoc ad Edictum Pratoris.* Vid. Leickheri Vitas Jctorum p. 279. Cum in petitione Cathedræ Tholosæ repulsam pateretur, Tholosani autem hunc errorem suum postea agnoscerent, & idcirco Eum sæpius ad docendum in Schola sua invitarent; illos laconico & acuto hoc, teste Fabore in Memor. Bitschio. Locamer. in pristini contemptus vindictam, dimittebat responso:

Senatui P. L. Tholosano Jacobus Cujacius
S. P. D.

*Frustra absentem requiritis, quem presentem neglexistis,
Valet.*

Ex Schola ejus, tanquam ex Equo Trojano, prodire Jcti summi, ex quibus Pet. Fabrum, P. Pithæum, Guil. Maranum, Janum a Costa, P. Puteanum, Marq. Freherum, Janum Guilielmum, Paulum Foxium, hic retulisse sufficiat. De filia ejus Veneri addictissima, lege Gundlingii Otia P. III. p. 221. & Delicias Litterarias s. Vergnügungen Müßiger Stunden P. IV. p. 73. Er studirte 7. bis 8. Stunden auf eine Lektion, und war seine Gewohnheit / daß er auf der Erde auf einem Teppicht auf dem Buche liegend, indem die Bücher rings herum lagen, studierte.

Godofredus CVNDISIUS, SS. Theol. D. & P. P. in Academia Jenensi: *Gaudia Cælestia Durant.*

Caspar CVNRADVS, Doctor Medicus & Poliater Uratislaviensis: *Domini est Salus. Bey dem Herrn findet man Hülffe.* yy)

yy) Hoc Symbolum gnome Davidis aurea est, Psalm. III, 8. quam curante D. Cunrado, Centum Clarissimi Viri suis eruditissimis carminibus illustrarunt, quæ typis excusa sunt Olsnæ Silesiorum, ao. M. DC. XXII. 8.* Tria saltem inde jam huc transcribemus, quoniam, teste sapiente Pindaro, *in bona causa tria verba sufficiunt.*

I. Est

I.

Est DOMINUS, DOMINIque SALUS. - Vis ergo Salutem?

Illum adeas; poſcas hanc; ita falvus eris.

Chriſtoph. Pelargus, D. Superint. Marchiæ
generalis.

II.

Vera SALUS DOMINI EST; huic te committito totum:

Nam tibi certa SALUS Hic fuit, eſt, & erit.

Amandus Polanus a Polandsdorff, Th.D.

III.

Unde Salus oritur mortalibus unica cunctis,

Vera SALUS DOMINI EST, quo ſine nulla falus.

Hieronymus Megiſerus, Comes Palatinus.

Hæc Weiſſius l. c. p. 40. ſeq.

* Quos inter tamen, teſte *Lauterbachio* im *Traußtädtiſchen Zion* p. 313.
non apparet *Valerius Herbergerus*, qui in *Symbolum* hoc hunc in mo-
dum luſit:

Vera falus Domini eſt, Domino confidere diſcas

Cor pavidum, certe vera falus Domini eſt.

Vera falus Domini eſt: ſi non vis credere, verſus

Aspice 18. Gen. XLIX.

ult. Pf. III.

81. 123. 166. 174. Pf. CXIX.

Jam dices: Vera falus Domini eſt.

Chriſtianus CVNRADVS, P. L. C. & Phyſicus Oppaviensis:

Non moveri.

Johannes Henricus CVNRADVS, Uratiſlavia-Sileſius, Illu-
ſtriſſ. PPr. Teſchiniens. Lichtenſteinienſ. ut & Württembergico-
Teccenſ. & in Sil. Olnenſ. Conſiliarius: *Jehova Humiles Coronat*
Vero Spiritu.

* * *

Jhova Humiles vero ſpiramine, meque corona!

Vivere da recte! da bene, Jhova, mori.

Georgius CZERTLINGIVS, Brega Sileſius, Paſtor Eccleſiæ
Simpſenianæ: *Gratia Chriſti Bonorum Solamen.* zz)

zz) Vid. *Jo. Heermanni* Lemmatum Symbolicorum Lib. II. n. 9.

D.

Lambertus DANÆVS, Theologus Gallus:

*Omne solum forti patria est, ut fontibus æquor,
Ut vacuo volucris quidquid in orbe patet.*

Eberhardus a DANCKELMANN, Friderici Tertii Elector.
Brandenb. Consiliarius: *Cedant arma toga,*

DAVIDIS Israëliitarum Regis Symbola fuisse Psalmos illos,
qui *Michtam* dicuntur, ex mente Nic. Selnecceri refert Reinb. Bakius
Commentar. in Psal. LVI. part. 2. 67. a.

M. Cunradus DASYPODIVS, nobilis artium Mathematicarum
Professor Argentinae: *Ἀνέχθαι καὶ ἀπέχθαι*

Christianus DAVMIVS, Rector quondam Scholæ Patriæ
Cygnensis: *Christus Dilectio Cordis Mei.*

Johannes DECKHER, J. U. D. & Imp. Camerae Judicii Spi-
rensis Advocatus & Procurator: *Diligenter & Generose.*

Petrus DENAISIVS, Consiliarius Palatinus & Camerae Im-
perialis Spirensis Assessor; Cum jam senior solitudinem amaret,
hoc emblemata in conclavi pingendum curavit: *Elia nempe Prophe-
tæ imaginem cum Corvis in deserto loco, addito hoc versu:*

Adloquii satis est, cætus fugisse profanos.

D. Fridericus DEVTSHIVS, Theologus quondam Prussiae
Primarius: *Fortis dextra Domini; Ex Psal. CXVIII. v. 16.*

Johannes DEVTSCHMANNVS, Theologus Wittenbergen-
sis, multa probitate insignis: *Deo & Proximo.*

M. Jeremias DEVTSCHMANNVS, Ecclesiae Wittenbergensis
Archi-Diaconus & Rev. Minist. Senior: *Pietas ad omnia utilis.*

Johannes Michael DILLHERRVS, Praclarissimus Noriber-
gensium Theologus, multis nominibus erudito Orbi & Ecclesiae
cognitus: *In Foraminibus Petra quiesco. a)*

- a) Hujus Symboli mentionem injicit Wetzelius in Hymnopœographia
P. I. p. 180. hisce verbis: Von welchen allen wir bey dem Lied: Hör,
liebe Seel, dir rufft der Herr ic. welches er auf sein Symbolum:
In Foraminibus Petra quiesco, Ich ruhe in Fels-Löchern, gemacht,
nur dieses anmercken, daß er es in einem Felsen unweit Feucht, in
welchem Felsen auch der tapffere König von Schweden, Gustavus
Adol-

Adolphus, Tafel gehalten, wie noch die Spuren davon zu sehen, soll
verfertigt haben. Præter Concionatoris autem etiam Bibliothecarii
munere fungebatur ibidem, Hinc A. 1658. d. 7. Aug. Imperatorem
Rom. LEOPOLDUM, cum tunc subsisteret Noribergæ Bibliothecam
ingressurum ad portam stans, hoc epigrammate prælo salutat:

Salve, Progenies Divum, salve, inclyte Caesar,

A summo summum numine culmen habens.

Dum Templum ingrederis Musarum, ostendis amorem

In Musas, quarum Tutor & Altor eris,

Hæ scribent gratæ æternis tua nomina fastis,

Ut vigeas seclis innumerabilibus.

Tunc ostensis raris & variarum linguarum libris, interrogatus ab Im-
peratore, num eosdem legere possit? *Quidni*, respondit, & *intelligere?*
Specimenque edidit. Inde conversus ad suos, quos secum habuit Im-
perator, Patres, *Ecquid vos*, inquit, *scitis?* Paulo post *Vienna* munus
ab Imperatore LEOPOLDO missum accepit, catenam auream magni
pretii cum appenso nummo leonico, referente *Zeumero* in *Vitis Pro-*
fessorum Theologiæ Jenensium p. 156. Instructissima & ipse gaudebat
Bibliotheca. Cujus Librorum Pars post obitum ejus, jure ut vocant
Testamenti, item Nummophylacium Collegio cessere Ecelesiastico Sebal-
dino, & in ædibus Sebaldinis *Psarr = Hoff* asservantur; Pars autem
publicæ Sebald. ut vocatur Bibliothecæ, quæ in Monasterio Dominica-
norum conspicitur, tradita est. Hujus vero *Dilherri* ultimæ voluntatis
causa, sine dubio, fuit, quod uxorem duxerat ex Plebe, id quod hodie-
num ob cupidinem Divitiarum explendam a Pastoribus pessime fieri
solet. Eam vero non ita expertus, humilitate nempe conspicuam, ut
speraverat quidem. Huic igitur & cognatis ejusdem Librorum nume-
rum utilem vix fore ratus publico usui destinasse creditur. De reliquo
quotiescunque per occasionem liceret, eos, qui Ecclesiæ præesse contem-
debant, monuit, caveant, ne ex vulgo sibi uxores ducerent, ut quæ
non raro superbire admodum soleant. *Quod monitum*, monente *Zelt-*
nero in *de Correctoribus Eruditis Specimine* p. 162, certe etiam nostro
nunc ævo variis conducere posse sum persuasissimus.

Ludovicus de DIEU, Gallo-Belgici Collegii Regens & in Ec-
clesia Lugd. Batav. Verbi divini Minister: *Confirmatio fidei est mode-*
stia & cessatio ejus desiderium.

Christianus DISTELMEIERS, a *Radesleben / & Malsdorff /*
J.U.D.

J. U. D. & Elect. Brandenburg. Consiliarius ac Cancellarius: *Auxilio, Pietate, Labore.* b)

b) Lamperti filius fuit hic Distelmeierus, Jctus Christianissimus & propter virtutem ac merita in Rempubl. fulgentissimus, ita, ut etiam (quod certe rarum) duorum Imperii Comitum Socer factus sit. Vide Martini Fridrici Seidelii *Icones & elogia aliquot Virorum praestantium, qui Marchiam olim illustrarunt* p. 65. Encomia Ejus vide apud Autores mox sub Symbolo Lamperti Patris citandos; quibus addi potest Taubmannus in *Schediasmat.* p. 317. sqq. & D. Daniel Cramerus, in *Epist. dedicat. Quartæ Classis Scholæ Prophetiæ*, ubi hunc Distelmeierum, *Bonorum, Piorum, & Litteratorum omnium fidam anchoram & portum* vocat, simulque refert, illum *in medio ætatis flore utriusque oculi natalem lucem amisisse, & singulari DEi beneficio tandem recepisse, aramque gratitudinis CHRISTO, pio programme erexisse.* Johannes Schosferus, Professor Academiæ Francofurt, hisce versibus hujus Patroni sui magni *Symbolum* in *Epigrammatum* libro Lit. f. 2. col. 1. exposuit:

AVXILIVM CHRISTI, PIETASque adjuncta LABORI,

Curriculum Vitæ dirigat omne meum,

Infelix labor est, quem non mens sancta gubernat;

Sed rege tu mentem & pectora nostra, DEVS.

Lampertus DISTELMEIERVS, J. U. D. & Electoris Brandenburgici per integros XXXVII. annos Consiliarius ac Cancellarius: *Facta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem Justo.* c)

c) M. Martinus Næslerus, Concionator aulæ Berolinensis, in Concione funebri, huic Sancto Jcto & Aulico habita, inter alia, A j j) sic scribit: Zu dem Ende haben wir auf Befehl für andern für uns genommen Davids Sprüchlein, aus dem LV. Psalm v. 22. Unseres HErrn Cantlers seligen *Symbolum*, daß ihme bey seinem Leben sonderlich lieb, damit er ohne Zweifel unter allerhand Gedancken und Sorgen bey seinem Amte sich offtmahls aufgerichtet und gestärcket, und das auch im Tode sein bester Trost und Erquickung gewesen. Et H j j) ita pergit: Dis ist nun Davids-Spruch, und unseres HErrn Cantlers seeligen *Symbolum*, da sich sonder Zweifel jener heilige Prophet, und dieser fromme Mann, in allerhand Anliegen mit getröstet, und daraus lernet euch ja alle ins Leben und Sterben schicken.
Bringen

Bringen wir unsere Tage und Leben auch, nach GOTTES Willen, zu mit Anliegen, mit Elend, mit Sorgen, und mit Creuzge, so lasts uns ja nicht wundern, Menschen Leben giebt nicht anders. Will Fleisch und Blut zaghaftig werden und sincken, so lernet bethen, lernet Gedult haben, lernet auswarten: Und behaltet endlich den gewissen Trost, GOTT wolle und werde das Betrübnißloglich selber wenden, und allem Jammer abzuwenden, uns aber darauff kräftiglich zu trösten und zu erfreuen wissen; wie auch Bernhardus sagt: *Heri eras in tenebris, hodie in splendore lucis: heri in ore leonis, hodie in manu mediatoris: heri in porta Inferni, hodie in Deliciis Paradisi;* Hæc ibi Kæslerus, qui hunc Cancellarium quoque vocat, *Oculum & Lumen Marchia, Virum Latine Græcæ & Hebræa lingua peritissimum, & verum Studiosum Theologiæ, fideliumque Ministrorum Verbi & Ludimoderatorum Patronum ac Defensorem constantem ac paternum, omnium piorum Curatorem & Sacerdotem Justitiæ incorruptum, unter welchem Hirten ein jeder in befugten Sachen ein Lämmlein erzogen.* Petrus Albinus in Chronico Misnensi, edit. in fol. p. 369, hunc Distelmeierum fuisse ait *eloquentissimum seculi sui Oratorem*, una cum Conterraneo suo, D. Ulrico Mordeisen, Elect. Sax. Mauriti Cancellario, & post Elect. Augusti fratris, Consiliario præcipuo. *Insignia sua ex suo sibi elegit cognomine Distelmeierus, nempe Messorem carduorum, de quo elegans extat Epigramma in Libello Johannis Schosseri de Insignibus CL. Virorum Lit. O. col. 1. qui videatur. Symbolum vero ipsius in Epicediis hisce versibus expositum est:*

In DOMINVM jacta curas indeside cura,
 Cum te Crux macerat, consilioque cares.
 Nempe tuis curis nihil efficis omnibus: Ergo
 Perge piis precibus sollicitare DEum,
 Is te curabit bene, cum te negligit orbis,
 Nec fusto requies perditæ semper erit.

Plura memorabilia de hoc Distelmeiero vide in Jubilæo Academiæ Francofurtensis A. 1606. celebrat. Lit. R. 3. Præfat. Poëmatum Schosseri; Indice Chronologico Bucholzeri, sub an. 1522. Epistola Dedicatoria Lib. 4. Catalogi Hæret. Schlüsselburgii &c.

Conradus DIETERICVS, SS. Theol. D. & Ulmanarum quondam Ecclesiarum Superintendens: *In Silentio & Spe. d)*

d) Ex Esaia XXX. v. 15.

H

Stephanus

Stephanus DOLETVS, Lugdunensis Typographus eruditus:
Omnia ad amussim dolo. e)

e) Ob Atheismi suspensionem combustus fuit, Vir meliore fortuna dignus utique; Extat in mortem ejus Epigramma *Theodori Bezae*, quod legitur in *Deliciis Poëtarum Gallorum*, sub nomine *Adeodati Sebae*. Erat vero unus e præcipuis Ciceronis Admiratoribus, quapropter *Erasmi Ciceronianum* tum in Præfatione *Commentariorum Linguae Latinae*, tum in ipsomet corpore, haud raro acriter suggillat: Vide *Morhofii Polyhist. Liter. L. IV. c. IX. §. II. p. 113.* Contra vero *Georgius Sabinus*, amicus *Erasmi* optimus, *Doletum* hisce duobus exagitavit Epigrammatibus:

I.

In Symbolum Stephani Doleti:

Omnia ad amussim dolo.

Si dolat expoliens ad amussim cuncta Doletus

Cur sua non etiam carmina scabra dolat

II.

In Poëmata Ejusdem.

Carmina facturis sublimia, fecit Oletum:

Hinc Bivio pejus vate Doletus olet.

Vide *Ejus Poëmata p. m. 264.* Confer *Ejusdem Explicationem fabularum Ovidii*, ubi eum confert cum *Zoilo*, *Cercope*, *Amphimane*, *Timocreonte* & *Bivio*, qui obstrepere non sunt veriti viris doctissimis, *Homero*, *Hesiodo*, *Pindaro*, *Simonidi* & *Virgilio*.

Georgius DOEMELIUS, Ecclesiastes *Tornaviensis*: *Gratia DEI salvamur.* f)

f) Evolve *Jo. Heermanni Epigrammata p. 158.*

Franciscus a DOMBSDORFF, Minister atque Consiliarius Palatinus:

Nam genus, & Proavos, & quæ non fecimus ipsi,

Vix eâ nostra voco.

Caspar DORNAVIVS, prius *Gymnasii Bethaniensis Director* & *Aulae illustris Schönaichianæ Doctor Medicus*, deinde *Illustriss. PPrr. Ligio-Bregens. Archiater* & *Consiliarius*: Ἀγαθὸν καὶ καλὸν. g)

g) *Christophorus Schwartzbachius*, P. L. Cæs. hunc *Dornaviu*m vocat *bonum Oratorem*, *bonum Poëtam*, *bonum Philologum*, *bonum Philosophum*, *bonum Historicum*, *bonum & peritum Medicum*. Vide *Exequias Dornavii viventis f. 150.* De *Symbolo Dornavii*, quod ille omnibus suis scriptio-

scriptio-

scriptionibus subicere solitus fuit, idem hoc eruditum Distichon composuit :

Ἦ γὰρ Δορνάβιον μάλα Φέρτατον ἀνέρα, κάζει
Ὅς ζωὴν ἀρετῆς, βιβλία καὶ χάριτι.

Dornavius præstans, vitam virtute, librosque
Ornare gratia solet.

Confer Taubmanni Schediasmata Posthuma p. 132. & Weissii Manipulum Symbol. p. 39. sq.

Abrahamus a D O R E S L A E R : *Initium Sapientia Timor Domini.* h)

h) Psal. CXI. v. 20.

Engelbertus DORPER, V. D. M. Ecclesiæ Belgicæ quæ est in Metropoli Moscoviæ : *Non hæc sine Numine Divûm.*

Johannes Georgius DORSCHÆUS, SS. Theol. D. ejusdemque primum in Academia Argentina, postea Rostochiensi Professor Publicus : *Quanto quisque sibi plura negaverit, tanto plura feret cœlitus.* i)

i) Spizelius in templo honoris sub elogio hujus rei p. 238.

Janus DOVSA, Pater k), Apollo Vatum : *Dulces ante omnia Muse.* l)

k) Filius ejus Homonymus quoque admirabili ingenio excellenti Doctrina, cum rara morum suavitate conjuncta, præditus erat; sed ante diem diem obibat supremum doctissimus hic Juvenis Præcox. Scaliger eum tanto prosequeretur honore, ut integros dies mulierum more lachrymis obitum ejus se doluisse, testetur ipse in *Scaligeranis* p. 129.

l) Hunc J. Meursius Bibliothecam ambulantiæ vivumque Museum, item : Bataviæ Varronem & Academiæ Leydensis commune oraculum vocat. Ob literaturæ enim Græcæ atque Latinæ, Historiæ ac Poëseos cognitionem, variis scriptis declaratam, satis celebrem nominis famam consecutus est. Neque minorem vero in vita, armis & fortitudine gloriam obtinuit. Cum enim fata ipsum Lugduni Batavorum degentem in ea reservassent tempora, quibus urbs illa A. 1574. arctissima Hispanorum obsidione premebatur, ita sese probavit Reipublicæ, ut Princeps Auriacus ipsum & Præfectum huic urbi esse voluerit, & Ducem militum ad civium defensionem conscriptorum. Fortiter autem Hispano hosti sese opposuit, transfugarum blanditias, amplasque a Baldæo Albani Exercitus ductore propositas conditiones contempsit, & civium animos fami-

durissimæ pene succumbentes magno quodam suæ constantiæ exemplo
erexit, confirmavit, & ad salutem patriæ, conjugum, liberorum, suamque
propriam defendendam gravissimis animavit argumentis. Quod & ipse
his ad civitatem versibus testatus est:

*Quam fortem opellam præstiterim tuis
Callere nemo te melius potest,
Ut quæ ipsa non aurita, dico,
Sed fueris oculata testis.*

*Cujus rei ergo me quoque, quum novum
Urgeret hostis obsidium, auspicem
Nuper tibi elegisti, & uni
Ipsa tui populi Ducatum*

*Ultrò tot inter millia deferens,
Fussisti ut essem præsidio bonis,
Exemplo inexpertis, timori
Rerum avidis nimis heu! novarum.*

*Et hic fidelem scis operam tibi
Navasse, blandis conditionibus
Dissentientem, quas ferebant
Huterius Mathenesiusque.*

Hinc merito ipsi ob cives servatos, pulsosque Mœnibus Hispanos ho-
stes, Franco Ducas sequens extruxit Monumentum:

JANO DOVSÆ V. C. POETÆQ. DOCTISS.
QVOD LEIDAM AVSPICIIS SVIS CONTRA
HISPANORVM INSVLTVS FORTI-
TER DEFENSAM ÆVITERNO INSVPER
CARMINE MACTAVERIT FRANCO DV-
CAS LEIDENSIS ET SVO ET PATRIÆ
NOMINE GRATITVDINIS ET PERPE-
TVÆ AMICITIÆ ERGO.

P. M.

Hæc Menckenius in Diss. de Viris Militia æque ac Scriptis illustribus
p. 34 sq.

Georgius Christophorus DREHER, J. U. D. & Consiliarius
in Aula Saxo-Altenburg: Deus spes salutis meæ unica.

Matthæus DRESSERVS, Oratoriæ Prof. Publ. Lipsiensis:
Disce mori mundo, vivere disce DEO. m)

m) Krügerus l. c, p. 194. a,

Johan.

Johannes DRVSIVS, Professor Hebr. Linguae Franequerae:

Σπάειν ἔλαχες, ταύην κόσμει. *

* Er lebte in grosser Armuth und pflegte öftters zu sagen: O grammatica Divina, quam ineptiunt saepe, qui negligunt te aut contemnunt; Daher ihn sein Antagoniste *Seravius Grammaticum divinum* nannte.

Albertus DVRERVS, Mathematicus & Pictor Noribergensis:

Ingenium sine doctrina est speculum impolitum. n)

n) Ob artis pictoriae excellentiam Dürerus, *Germania Appelles*, dictus fuit, quamvis, Philippi Melanchthonis iudicio, *ars pictoria, respectu ceterarum Virtutum in ipso fuerit minima.* Vid. Selnecceri Exposit. Psalmor. part. alteram, Norib. excus. fol. 3. b. Geometriae ita peritus fuit, ut illius beneficio, *artem pingendi primus in systema methodicum redegerit*, quod ante Dürerum fuit inauditum. Hinc Pictores Bononienses *principatum picturae in toto orbe illi detulerunt*, affirmantes *jucundius se morituros, viso tam diu desiderato Dürero.* Vide Melch. Adami Vitas Philosoph. Germ, p. 68. Aeterno itaque vituperio dignus, *Michaël Angelus* (verius *Diabolus*) homo Italus, qui Düreri imagines tam *ari incisas*, quam *pictas*, invidia excaecatus, discerpit, combussit, perdidit. Vid. Zeileri P. I. Epistolar. pag. 759. *Dürerianum Symbolum Melanchthon* L. Epigrammatum p. 106. ita exposuit:

Ut nulla e speculis rudibus resplendet imago,

Ni sint artificis rite polita manu:

Ingenii sic usus erit non ullus acuti,

Doctrinae si non erudiatur Ope.

Weissius l. c. p. 44.

Georgius Abrahamus a DYHERN, S. C. M. Consiliarius, Camerarius, & apud supremam Curiam per superiorem & Inferiorem Silesiam Cancellarius: *Sortes in manu Domini.*

E.

Sigismundus EBERSBACHIVS, Ministerii Suidnicensis ad SS. Trinit. Aedem Senior: *SpE.* a)

a) Vide die Vortrefflichkeit des Schweidnitzischen Zions p. 62. Ubi sequentia de eo annotata reperies: Er führete zum Sinn-Bilde den gecreuzigten Jesum, und dessen süßen Nahmen, in ein Herze gepflanzt, welches von unten mit Dornen umgeben, über den Wolcken mit zwey Rosen eine Crone trug, nebst dem

H 3

Symbolo

Symbolo SpE. Dessen erster und letzter Buchstabe seinen Nahmen andeutet.

Paulus EBERVS, SS. Theol. D. ac Superintendens Wittebergensis: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, & Lumen Semitis meis.* b)

b) Hoc Symbolum ex Psalmo CXIX. desumptum, circa insignia sua, quæ fuerunt, *virgo, muris insistens, & utraque manu facem tenens*, Eberus ponere ac usurpare consuevit, subjecta hac venusta exegesi:

Quæ Dea? Religio. Quidnam duo lumina? Verbum.

Quid muri? Angelici sunt gregis excubiæ.

Vid. *Calendarium Eberi*, edit. Witteb. in 4. A. 1571. *Mentzii Syntagma Epitaphiorum* L. II. p. 73. Philippus Melancthon eum magno in pretio habuit, ut etiam omnia sua arcana, secretioresque literas, ejus fidei committere non dubitaret. In describendis librorum & Epistolarum argumentis quoque usus est *Opera Eberi*, ob nitidos elegantesque, quos pingebat, literarum Characteres; hinc intima illa animorum conjunctio & familiaritas exorta est, ut *Philippus* nihil in lucem edere, nihilque scribere soleret, de quo non prius cum *Ebero* suo communicaret. Quo contigit, ut, vulgari joco, *Philippi Repertorium*, diceretur, ut scribit *Freherus* in *Theatro* p. 219. *Conf. M. Jo. Barthol. Lenzii Diss. de Professoribus natione Francis, qui Wittenbergam illustrarunt* N. X. *Statura curvus & gibbosus erat, hinc ortum de eo dictum;*

Ingenio magnus, corpore parvus erat.

Melchior ECCARDVS, Theologus & Superintendens Olsnensis: *Scio, cui credidi,* c)

c) In Symboli hujus explicationem Viri undiquaque doctissimi centum dederunt Epigrammata, quæ *Christianus Victorinus*, P. L. in unum collegit fasciculum Wittebergæque A. 1614. edidit. *Confer Georgii Tileni Poëmata* p. 597. *Jo. Heermanni Epigrammata* p. 146. *Calagii Epigr.* L. V. p. 173. *Zuberi Pemma I. Novorum Carminum Lit.* a a. 5. col. 3. *Taubmanni Schediasmata posthuma* p. 28.

Amadeus ECCOLT, Phil. & J. U. D. Lipsiæ Professor Publicus, Curiaæ supremæ Provincialis & Facultatis Juridicæ Assessor: *Moriendum, Comparendum!*

Raphaël EGLINVS, SS. Theol. D. & Professor Marpurgensis: *Τὸ πνεῦμα ὅσα θελεῖ πνεῖ.* d)

d) *Joh. III. v. 8.*

God-

Godofredus EICHHORN, Illustriss. Pr. Lignicensis Confiliarius, Ill. Ord. Lign. Syndicus & Provincialis ararii Director: *DEO & Patriæ.*

Jacobus ELBERVS, Uratisl. Siles., ad D. Bernhardum in Patria Diaconus: *Justi evigilabunt virtute Salvatoris.* e)

e) Calagius in Symb. Theol. Uratisl.

Bartholomæus ELSNERVS, SS. Theol. D. ejusdemque & LL. OO. Erffurti PP. & ad Minoritas Pastor Ministeriique Evangelici Senior: *Si Deus pro nobis; quis contra nos?*

Michaël ELSNERVS, Quæstor Olaviensis in Silesia: *Fürchte Gott, thue recht, scheue Niemandt.* f)

f) Vid. Frid. Jenckii Thimonia I. Symbolorum n. IV.

M. Leonhardus EMMERICH, Pastor Kirchhaynensis in Lusatia Inferiore: *Lugentes Exultabunt.* g)

g) Evolve Gätzium von einigen hin und her zerstreueten Dresdnern p. 125.

M. Michaël EMMERLINGIVS, Comit. Mansfeld, Superintendens ac Consistorii Præses: *Evolemus.*

Constantinus L' EMPEREVR, Professor Lugdunensis: *אסור לו לארם שימלא שהוק פי בעולל הוא*: *Interdictum homini implere os suum in hoc mundo.*

Desiderius ERASMVS, Roterodamus, Magnus ille superiori seculo literarum vindex & restitutor: *Cedo nulli.* h)

h) Quidam suspicantur his verbis, *Erasmi*, (ut loquuntur) immodestiam modeste carpi (quod Conjectaneum an probare debeam, nondum scio.) quod in annulari digito *Terminum* depictum habuerit cum inscriptione: *NULLI CEDO*: quasi significaret hoc symbolo in literarum cognitione se nemini cedere. Eam ob rem eum plerique suggillarunt, interque cæteros *Carvajalus Franciscanus* quadam Apologia in *Erasmum*: cujus hic verba malo adscribere quam aliquid de meo fingere: *Male habet Erasmus*, inquit ille, *quod Ecclesie Doctores & Evangelista ad numerum quaternarium sint redacti, quod videat se non posse inter illos computari, neque credit se illis esse inferiorem, qui nulli cedit: hoc enim elogio sua scripta claudit Erasmus, Cedo nulli. Et, ut nemini fas sit ignorare hanc Erasmi præcipuam insaniam, apponit Dei Termini effigiem cera signatam, qui Deus nec ipsi quidem Jovi cedebat.*

Nonne

Nonne hæc Erasmi insolentia omnes ejus insolentias superat? Non cedis Erasme Budæo? non cedis Capnioni, Clitoveo, Pico, aut Angelo? Cedo, inquit, nulli. Non cedis Augustino, Ambrosio aut Hieronymo? Cedo nulli. Non Hilario, Cypriano, Lactantio aut Origeni? Nulli. O felix seculum, cui talis homo datus est. Hactenus Carvajalus: cui ut affectibus plus quam pat erat indulgenti, nimisque animi impotentia debacchanti, animose satisfacit Erasmus, his plane verbis: Ut doceat me discruciarî, quod non annumerarer quatuor Ecclesie Doctoribus, profert Symbolum annuli mei, in quo est figura Termini, adjeci: Concedo nulli Terminus. Et est Jambicus dimeter: si invertas, Trochaicus est totidem pedibus: Terminus concedo nulli. At in fusili termino habet, ὁρᾶ τέλος μακρῶς Βίη: item Latine, Mors ultima linea rerum, indicans mortem nulli cedere, meque ipsum admoneo instare supremum vite diem, quemadmodum Prudent.

Instat terminus, & diem

Vicinum senio jam Deus applicat.

Idque scripto quoque vulgato declaravi. Hinc itaque terminus dicit omnibus, Concedo nulli, non Erasmus. At me ferociter appellat Pantalabus: Quid ais Erasme? non concedis Clitoveo, non Hilario, non Cypriano, non Budæo, non Nebrissenfi, non Thomæ, non Augustino? Si vis ut meo nomine respondeam, nemini non concedo. Si postulas ut Termini, id est, mortis nomine, respondeam, dicam, non concedo leonibus, non elephantis: non cedo Monarchis & summis Pontificibus: non cessi Prophetis & Apostolis: denique nec ipsi Francisco cessi. Eat nunc, & jactet termini mei superbiam. Hactenus Erasmus. Adde Claudium Minoëm Divionensem in Comment. ad And. Alciati Emblemata p. m. 553. sq. & Manlium in Collectaneis Locorum Communium. p. 421. sqq. Ab imperita Petri Rabi calumnia quoque vindicat Symbolum hoc Erasmi annulare Christianus Philerenus in Epistola Apologetica ad Candidos Musarum Alumnos Trajecti ad Rhenum scripta VI. Non. Octobr. MDC.XCIII. & in 4to edita.

Thomas ERASTVS, Professor Medicus Basileensis: Vanitas est quidquid facimus & cogitamus. Et vanitas sunt omnia, præterquam diligere Deum, eique soli ex toto corde servire. Quamobrem sapiens est, non qui hoc agit, ut hic multa possideat; ac mundo placeat; sed qui per caducarum rerum contemptum ad sempiternam contendit felicitatem; cujus nos Christus monere voluit, cum nobis ante omnia regnum DEI quærere consulit, ac cætera nobis adjectum iri affirmat Matth. VI. v. 33.

Daniel

Daniel EREMITA, Secretarius in Aula Florentina intimus:
Magna servitus, magna fortuna. i)

i) E Seneca de Consolat. ad Polyb. c. XXVI. Singulari polluit ad pingendum inclinatione & artis pictoriae exercitatione, quippe qui se ipsum Anno M.DC.X. in XXVI. ætatis anno egregia quadam pictura depinxit, quæ æri incisa Opusculis Eremitanis a Grævio editis præfixa est supposito disticho, quod ita sese habet:

*Hanc propria effigiem libuit depingere dextra
Dum tenet Hetrusci Regia magna soli.*

Sylvester ERHARDVS, Prior Monasterii in Valle S. Mariæ:
Schlecht und Recht das behüte mich. k)

k) Psal. XXV. v. 21.

Johannes Christophorus ERNSTIVS, Consul Nordhusanus:
In Christo Erigor. l)

l) Vide *Kindervateri Nordhusam Illustrem* p. 58.

Henricus ESCHERVS, Tigurinus: *Humanitas Excedit Titulos.* m)

m) Vid. *Crensus* l. c. P. XI. circa finem.

Daniel EVLENBECCIVS, Jctus Jenensis: *Agentem ratio ducat, non fortuna.* n)

n) *Zeumerus* in *Vitis Prof. Jur. Jenens.* p. 52.

Balthasar EXNERVS, P. L. & in illustri Bethaneo Professor Historicus: *Spero Meliora.* o)

o) Hujus eruditi & celebris Silesii de Hirschberga *Symbolum* Caspar Dornavius in *Soteriis Dulc-amari*, fol. 14. b. hisce versibus illustravit:

Ut res cunque fluant: Spes decollaverit omnis:

Quum nil natura, nil possumus arte ministra:

Naturæ Dominus præsto est, artisque Magister.

Hoc caput, hæc meta est, Spero Meliora, Salutis.

Frid. Taubmannus vero in *Schediasm. Poët.* p. 197. sequenti Epigrammate:

Exneri scitum est: Spero Meliora. Relinquam

Hoc scitum scito. Vin' & habere meum?

Despero Meliora. Vide mihi tempora, Cenlor,

Et dic, utrum horum scitius esse putes?

Confer *Exneri Anchoram melioris vitæ* vel *Carmina in Symb. SPERO MELIORA.* Adde: *Aleutneri Epigram. Chiliad. p. 109. Ejusdemque*
I Cent.

Cent. XI, Epigr. Lit. c. 3. col. 1. *Latochii* Laurifolia p. 300. *Joh. Simonii* Fasc. IV, ejusque P. I, Megapolitanorum p. 85. *Zuberi* Pemma I. Novor. Carm. Lit. f. 4. col. 2. *Calagii* Epigr. L. IV. p. 145. *Gruteri* P. II, Deliciar. Poëtar. Germ. p. 1079.

Gottlieb Leberecht EXTER, Puer decennis eruditus: *Christo Liberatus Exulto*. p)

p) *Wetzel* in *Hymnopœographia* P. I. p. 207.

F.

Georgius FABRICIVS, Poëta nobilis Cæsareus, Saxo-Electoralis Historicus & Gymnasiarcha Afranus: *Nusquam tuta fides*. a)

a) De hoc viro optimo & Poëta sanctissimo vide *Dresseri* Orationem in Rhetorica, edit. Lips. 1606. p. 759. sqq. *Hieronymi Welleri* Epistolam & *Hempelii* Carmen, in *Commentario Fabricii* super *Genesin*. *Thuanum* P. II. Histor. Lib. L. p. 985. edit. Mæno-Francof. *Albini* Chronicon Misnense p. 362. Orationem *Conradi Porta* de M. Andrea Fabricio, Georgii fratre, excus. Witteb. anno 1584. *Mich. Neandri* Præfat. Theologiæ Megalandri Lutheri præfixam, *Ejusdemque* Epistolam græcam, commentario in Coluthum præposit. in aureo opere edit. Basil. p. 17. seqq. & *Orbem terræ* p. 139. *Joh. Alberti Fabricii* Centuriam Fabriciorum p. 24. sqq. & imprimis *M. Joh. Davidis Schreberi* vitam Georgii Fabricii, Lips. 1719, 8. cum commentatione peculiari editam. *Dresserus* de dicto Fabricii *Symbolo* cit. Lib. p. 766. ita disserit: *Annum ortus sui hoc Hemi- stichio* (Virgiliano) *tanquam Symbolo quodam, notaverat: nVsQvAM tVta fIDes. Quo pulcre & annum a Christo nato, & seculi, quo vixit, mores expressit. Unde sequens distichon natum:*

nVsQvAM tVta fIDes, quo tempore (Symbolon anni)

Nobile te, Fabrici, Chemnitium genuit.

Vid. Albini Chron. Misn. p. 362. Hempelius vero sequenti arguto disticho Præceptoris sui & annum natalem, & simul ætatis in his terris exacta annum complexus est:

nVsQvAM tVta fIDes, natalem continet annum

Fabricii: LVstl vox necis una notat.

Symboli sui fidem de nusquam tuta fide, sæpius cum dolore expertus est candidissimus Fabricius, cum ab illis etiam, quos maxime fideles censuit, gravissime læsus fuerit, imprimis a tribus ingratis discipulis, quorum unus Factus, ceteri Theologi fuerunt. Vid. cit. Chron. Albini p. 364. Et Michaelis Bojemi Lib. 2. de somniis p. 211, sqq. Carmina

Fa-

Fabricii propter pietatem in deliciis habuit Christianus III., Rex Daniæ laudatissimus. Evolve Prolegomena Carm. Fabricii, Basileæ editor, p, 12. sq.

Georgius FABRICIVS, secundus, P. L. prius Ill. Pr. Teschi-
nienfis Adami Wenceslai, Concionator Aulicus, deinde Ecclef.
Cassoviensis denique Parochial. Bregenſ. Pastor & Senior: *Domini-
nus Adjutor meus.* b)

b) Adi Exneri Sched. Poëtica p. 489. Aleutneri Cent. XI. Epigram. Mi-
scell. Lit. a. 6. col. 1. Lit. b. 5. col. 1. Desumptum vero est e Psal. 118.
v. 6. illudque Georgio itidem Fabricio, Teschenſi Silesio, Medico, adscri-
bit Geislerus l. c.

Guilielmus FABRICIVS, Hildanus, Reipublicæ Bernensis
Chirurgus & Medicus Ordinarius: *Omnia Medela a DEO.*

Jacobus FABRICIVS, Medicinæ D. & Archiater Regis Daniæ
Prælatusque Aarhufiensis: *Vigiles dat Purpura noctes.* c)

c) Mollerus in Hypomn. ad Bartholinum de Scriptis Danorum p. 249.

Johannes FABRICIVS, SS. Theol. D. ejusdemque Faculta-
tis PP. Helmstadiensis: *Ἐκ μέγας γινώσκωμεν, καὶ ἔκ μέγας προφητεύου-
μεν.* d)

d) Ex 1. Cor. XIII. v. 9.

Paulus FAGIVS, Ecclesiæ Argentinensis Pastor, ac tandem
in Cantabrigiensi Academia Theologiæ Professor: *Ingratitudo est
bene meritorum præmium.* e)

e) Krügerus l. c. p. 212. a. Vir erat doctissimus & de literis Hebraicis
optime meritus. Plurima ex Hebraica Lingua transtulit, & eruditas
annotationes in Chaldaicam Pentateuchi Paraphrasin scripsit; Vid. *Sim-
leri* Epitomen Bibliothecæ Gesnerianæ p. m. 143. Obiit in Angliæ
paulo ante Martini Buceri mortem non absque veneni suspicione A. 1550.
Ubi post obitum suum eadem quoque cum Bucero expertus est fata.
Nam corpus ejus refoſsum, condemnatum tandemque in cineres & ta-
villas a Romanæ Ecclesiæ aſſectis redactum fuit; teste *Martyrologio
Hanoviensi* p. 509. Utriusque memoriam renovavit *Wilhelmus Dajus*
his verbis:

Bucero primas dedimus, Tibi, Paule, secundas,

Et damus Hebrææ gloria prima scholæ.

Hoc uno inferior Bucero, Paule, fuisti,

Quod prior extremum cernis adesse diem.

Verum illo major *Bucero, Paule*, fuisti,
 Quod prior æterno jussus adesse DEO.
 In reliquo similem duxisti tempore vitam,
 Ambo salutiferi buccina fida DEI.
 Ambo stelliferi sparsistis semina regni,
 Semina proventu non caritura suo.
 Unde utrumque DEVS magno dignatus honore,
 Utrumque ad Superi transtulit astra poli.
 Et ne vestra queant communia fata putari,
 Qualia sunt, quæ nos vulgus inane ferunt.
 Mors postquam e vita solita vos lege tulisset,
 Restituit sacris ossa cremanda focus.
 Non ut confessi tantum, sed ut ultima passi,
 Scandatis celsi sidera summa poli.
 Felices animæ, superas licet istis ad oras,
 A vobis vestrum nomen abire nequit,
 Eximia semper vivetis laude perennes,
 Quam canet Aoniis nostra Thalia modis.

Johannes FAULHABERVS, Civis Ulmenfis, Architectus & Mathematicus insignis: *DEVS Adjutor meus.*

M. Johannes FECHNERVS, P. L. C. inque Gymnasio Uratislaviensium Magdalenæo Rector: *Jesu Favente.* f)

f) Vide *Ludovici Historiam Scholarum* P. V. p. 9.

Johannes FEIGIVS, Reipublicæ Patriæ Goldbergensis Consilio-Rector & Gymnasii Juris Professor: *Aliis Inservio; Item: Si Deus pro nobis; quis contra nos? Item: Consilium Jehovæ stabit.* g)

g) Vid. *Cunradi Epigr. Cent. IV. Lit. a. 8. col. 2.*

Johannes a FELDE, Juris D. & Consiliarius Anhaltinus: *Quod DEVS dat, fero.*

Joachimus FELLERVS, SS. Theol. Lic. & Prof. Poëseos Lipsiensis: *Velle DEI sit velle meum; Ipse faciet.* h)

h) Unde Poëta hic incomparabilis in funere locii sui *Thomasi* sic se erigebat:

*Quid fueram? Dominus mihi sortem immittit acerbam:
 Velle mei Domini sit quoque velle meum.*

Vide *Miscellanea Lipsiensia* T. III. p. 257. & 260. T. VIII. p. 25. Er endigte sein Leben A. 1691, den 4. April, durch einen unvermutheten Fall.

Fall, nachdem er, als er des Nachts auffgestanden, und noch halb schlummernde das Bette wieder suchen wollen, an das Fenster gerathen, und also im Schlaffe auf die Gasse gestürzet. Wobey merckwürdig, daß er sich längst zuvor den Reichen-Text erwehlet Ps. XXXVII, 24. Fället er, so wird er nicht weggeworffen.

Conradus FEVERLINVS, Ministerii Ecclesiastici ad D. Sebal-di Norimbergæ Pastor, Antistes & Senior ac Reipublicæ Bibliothecarius: **Der Liebe Blut ist feurig und eine Flamme des HEIMN.** i)

i) Cant. VIII. v. 6. Epitaphium, quod monumento ferali in seulptum voluit, ipse conscripsit, Pietatis, Spei & Christianæ humilitatis plenissimum: *HIC SVI SVORVMque RENOVATIONEM EXPECTAT CONRADVS FEVERLINVS, QVI ALIQVIBVS FVIT ALIQVID, SIBI VERO NIHIL.* Vid. Pippingii Memorias Theologorum p. 1546.

Justus FEWRBORNIVS, SS. Theol. D. Professor Primarius Giffensis, Senior & Pastor, nec non Superintendens Superioris Hassiæ Marpurgensis: *Unusquisque nostrum de se ipso rationem reddet DEO.* k)

k) Rom. XIV. v. 12.

Johannes Henricus FEVSTKINGIVS, SS. Theol. D. & Concionator Aulicus Saxo-Gothanus Primarius, & Consiliarius Ecclesiasticus: **Jesu Hilff Ferner.** l)

l) *Evolve Miscellanea Lipsiensia* T. VII. p. 369. & *Famam Eruditam* P. P. XLIII. p. 499. Inter singularia summi hujus Theologi non immerito memoratur, quod puer adhuc decennis jamjam quinquies S. Biblia perlegerit, & nono ætatis anno publicam in templo Stellaviensi Concionem ante altare habuerit. Prudentia rerum gerendarum pollebat insuper prorsus insigni, nec dicendi suavitate superiorem facile agnoscebat. Hinc summorum quoque Principum constanti fruebatur gratia. Id quod posteris vel ex numismate constare poterit, quo paulo ante obitum a R. Wahl æri incisus est, cujus altera facies ipsius imaginem & vitæ annos; altera vero Codicem Biblicum Globo terrestri inpositum, cum elogio: *PERGRATVS SVPERIS, PRINCIPIBVSque VIRIS,* repræsentat.

Johannes FICHARDVS, Jctus summus & in Patria Francofurti ad Mœnum Syndicus: *Jurisperitus est Regula equitatis.* m)

m) *Krügerus* l. c. p. 158. a.

Caspar FINCKIVS, SS. Theol. D. & Superintendens Coburgensis generalis: *Patientia vincit omnia. Gedult frist den Teuffel.* n)

n) Wenn er von seinem Creutz und Anfechtung eine Weile geredet, und dasselbe beweinet, fing er an zu singen und zu bethen, ermanete sich, und schöpfte mit Freuden Erquick-Basser aus dem Heil-Brunnen Israelis, und freuete sich mitten in der Anfechtung, und gab also seines Symboli ein Exempel: *Gedult frist den Teuffel, und widerstund der Anfechtung, wie ein Palm-Baum der Last; Sebald Krug, Superintendens Heldburgens. in Concione Funebri D. Finckii.*

Irruat in CHRISTO fidum caput omne nocivum,

Sæviat in corpus, sæviat inque animum,

Nil tamen efficiet, si sit Patientia præsto:

Irruet in caelum, sæviet inque nihil.

CHRISTO innixa suo, fortis Patientia vincit

Omnia: Quid? Satanam devorat ipsa trucem.

Conradus Bachmannus, Professor Giessensis. Confer ipsius Finckii *Vale Giffenum* p. 26. nec non adjecta propemptica. Aliud vero de eo refert *Crenius* l. c. P. XI. p. 133. nempe hoc: *Gloriam præcedit Humilitas* Prov. XV. extr.

Thomas FINCKIVS, Medicus pariter atque Mathematicus in Academia Hafniensi illustris: *Mens generosa ultra polos.* o)

o) Vide *Georgii Tileni Poemata* p. 604. sq. *Febricula & calculi doloribus, in Senectute vegeta*, d. 24. Apr. An. 1656. confectus, Exemplo longævitatis medicæ raro, meritoque ab Henr. Meibomio Jun. in *Epist. de Longævis* p. 24. & Calp. Posnero in *Diff. de iisdem* §. 51. relato, A. æt. 96. decessit, cum Academiæ quinquies fuisset Rector, annis autem 66. Professor. Vide *Mollerii Hypomnemata ad Bartholinum de Scriptis Danorum* p. 446. sqq.

Sigismundus FINCKELTHAVS, J. U. D. Collegiique Juridici Ordinarius & Reipublicæ Lipsiensis Consul: *Solo Favente DEO.*

Petrus FISCHERVS, Patricius Suidnicensis Eruditus: *Perfidis non credendum.* p) Item: *Præstant Fidenti Subsidium Superi.* q)

p) Ex Psal. 37. v. 5. Hab. 2. v. 3. Vide Inscriptiones Sepulchrales Suidnicenses MStas.

q) *Aleut.*

q) *Aleutnerus* Epigr. Miscell. Cent. XI. Lit. c. 8. col. 1. Confer *Ejusdem* Cent. VIII. p. 391. sq. Ubi Symbolam hoc fusius sub tit. *Nauta Christianus* evolvit.

Johannes FLASCHNERVS, Uratisl. Silesius, Ecclesiæ prius Suidnicensis Archi-Diaconus, deinde Hernstadiensium Pastor: *Incarnatione Filii Venit Salus.* r)

r) *Aleutnerus* l. c. p. 296.

Hubertus FOLIETA, Genuensis, Historicus præstantissimus, & fere solus Paulo Jovio continuando par habitus: *Officio mihi officio.* s)

s) A civibus suis missus est in exilium, quod scriptis suis vulnera patriæ ac remedia liberius indicare non dubitaverit. Itaque pro Symbolo ipsi fuit tæda seu fax ardens hæc inscriptione: *Officio mihi officio*; Ad exilii incommoda & tædium fallendum historiæ scribendæ totum se dedit, ut, quas styli poenas dabat, eas nulla re convenientius, quam stylo levare posse existimaret. Æquo animo exilium tulit & a patriæ Charitate eum nullæ unquam inimicitæ abduxerunt; imo scripsit de Patria. Vid. *Miræus* de Scriptoribus Seculi XVI. p. 151. sq.

Valentinus FORSTERVS, J. U. D. & quondam in Academiis Marpurgenfi, Heidelbergensi & Helmæstadiensi Professor Ordinarius:

*Quidquid molior, aut gero,
Præsentem Dominum conspicio; is mihi
Semper dexter adheret, stabili ne movear gradu.* t)

t) E *Buchanani* Psalterio Psal. XVI. v. 8.

Johannes FRANCISCI, apud Olavienses in Silesia Linguæ Polonicæ quondam Concionator eximius: *Bonitatem fecisti cum Servo tuo Domine: quia mandatis tuis credidi.* u)

u) Psal. 119. Vi eatur *Jenckii* Thimonia Symbolorum prima n. II.

Johannes FRANCIVS, Consul Olaviensis: *Dominus providebit.* w)

w) *Idem* l. c. n. III.

Abrahamus de FRANCKENBERG, Eques Silesius, Jacobi Bœhmii, Sutoris Gorlicensis, affecla: *Antiqua Virtute Fideque.* x)

x) De Hoc ex *Deliciis meis Literariis* sive *Vergnügungen Müßiger Stunden* sequentia huc transcribo: Dieser sonst gelehrte Cavalier hegete

hegete allerhand besondere Meinungen / darzu ihn die Vielheit der Spaltungen und vielerley Meinungen in Religions-Sachen verleiteteten. Deswegen gab er auch einmahls dem Herzoge von Oelf auf die Frage: Was vor einer Religion er zugethan wäre? diesen Bescheid: *Ego sum Religionum COR.* Welches letztere Wort er also erklärte: *Catholica, Orthodoxa, Reformata.* Er war sonst ein friedliebender und aufrichtiger Mann, deswegen nannte er sich öftters *Amadeum a Friedleben* und führet zum Symbolo Synonymo dieses Hemistichium:

Antiqua Virtute Fideque.

Glorior Antiqua (Domini) Virtute Fideque.

Quid mihi cum mundo? glorior in Domino.

Nusser diesem aber hatte er noch folgende zwey Leib-Sprüche im täglichen Gebrauche:

Jesus mea Nobilitas.

Est mea nobilitas mihi solus & omnia Jesus,

Quid mihi cum mundo? glorior in Domino.

Mihi sufficit Unum.

Sufficiant bona plura bonis, mihi sufficit unum,

In quo cuncta latent dona, Jehova bonum.

Hinc Monotrias:

Antiqua Virtute, fide, mihi sufficit unus,

Qui mea nobilitas, Jesus amorque meus.

Cetera

Omnia, ut somnia, fumus,

Vana, dolor, compes, orbis confusio, luctus.

Conf. Liefmanni Diss. de Fanaticis Silesis §. XVIII.

Christianus Fridericus FRANCKENSTEIN, LL. ac Histor. Prof. Publ. Lipsiæ, Facult. Phil. Assessor, Majoris Princip. Collegii Collegiatus, Alumnorum Electoral. Ephorus & Academiae Decemvir: *Christo Feliciter Fortunante.*

M. Augustus Hermannus FRANCKIVS, Theologus Halensis: *Αγωγίς αὐτοῦ*; item: *Quocunque die ante aeternitatem uno stamus pede! y)*

y) Vide Wetzeli Hymnographiam P. I. p. 254. sq.

Georgius FRANCKIVS, Medicinæ Doctor & Poliater Ura-tislaviensis: *Divina gratia fido, ut Janer. z)*

z) *Acro.*

2) *Acrologum est hoc Symbolum, Doctorem Gregorium Franckium, Uratislaviensem, Silesium, prioribus vocum literis sistens. Exposuit illud pervenuste Calagius in Octostichis Symbolicis Medicorum Uratislaviensium hisce versibus:*

Non est in Medico, celeri licet atque fideli,
Semper, ut ægroto stet sua certa salus.
Sæpe mali latitat male, sæpe potentior herbis
Est succisque, licet sit manifesta, lues,
Sæpe medens arti, morbosus sæpe medenti
Fidit, & alternis spes utriusque perit.
Quo sanes Chiron, saneris Languide, fide,
Ut divina suam gratia jungat opem.

Michael FRANCVS, Schleusinga Francus, ex Pistore P. L. C. Musicus & Scholæ Coburgensis Collega: *DEus meus, in te confidam, non erubescam.* aa)

aa) Fuit hic Vir, uti ex Zeileri Collectan. sub gelehrt p. 104. sq. nec non ex primo versu (qui extat sub ejuslcone) constat:

Præceptor: Fidicen: Pistor: Cantorque Poëta.

Confer Wetzelii Hymnopœographiam P. I. p. 276. sqq. & Ludovici Sched. de Hymnis & Hymnopœis Hennebergicis p. 17. sqq.

Salomon FRANCKIVS, Poeta celebris & Secretarius Ducalis Vinariensis: *Non est mortale, quod opto!* bb)

bb) *Wetzel. l. c. p. 287.*

Georgius FRANTZKIVS, Leobichützensis Silesius, Jctus, Comes Pal. Cæs. in Aula-Saxo-Gothana Cancellarius, Consistoriiq; ibidem Præses, & in Societate fructifera *der Gleichende* dictus: *Christum nosse & amare simul, sapientia summa est.*

Johannes FREDERVS, Superintendens Vismariensis: *Spes confisa DEo, nunquam confusa recedet.* cc)

cc) *Krügerus l. c. p. 158. b.*

Amandus FRENZELIVS, Soraviensis, Pastor Büllendorffensis: *Amor Meus Salvator.* dd)

dd) *Vide Jo. Sam. Magni Literatos Soravienses p. 7.*

M. Johannes FRENZELIVS, Annæbergensis, SS. Theol. Candid. P. L. C. Vicar. Capituli Magdeb. Templi Episcop. Citiz. Canon.

nonic. & Collegii Principp. Lipsiæ Collegiatus: *Mibi Jehova Fortis Adjutor.* ee)

ee) Psal. 71. v. 7. Jer. 20. v. 11. Vix imago ænea Viri alicujus honorati occurret, in qua *Frenzelii* versus, aut Latinos, aut Germanicos, beneficio Anagrammatis varie exornatos, non simul conspiciamus: Unde a nonnullis etiam per Jocum der Bilder-Mann dictus fuit. Et nescio sane, annon *M. Tob. Clausnicerus* ipsum ita pungat, *Sonnettum in Nuptias Frenselianas* sic incipiens:

Ich hincfte nechster Zeit den Helicon hinan
Nach dir, mein werther Freund, und teutscher Musen-Freyer,
Einmahl mich umzusehn. Mein halb verruste Leyer
Hincf auff dem Buckel her. Der Vierinnen Plahn
War rings herum von dir mit Kupffern angethan &c.

Evolve Neumeisteri Diss. de Poëtis Germanicis p. m. 36. Conf. *Wetzellium* l. c. p. 295. sqq. Ubi & sequentia de eo lego: Er hat sonderlich in der zweyten Belagerung der Stadt Leipzig eine grosse Lebens-Gefahr ausgestanden / indem A. 1637. eine grosse Stück-Kugel, als er zu Tische gehen wollen, und der Schwedische General Banner an dem Walle oder Stadt-Mauer im grossen Fürsten-Collegio gleich Breche schiessen lassen, nicht ferne von ihm und vor seinem Gesichte wegg-flogen, auch nachmahls, als er in seiner Stube gefessen und studieret, über seinem Haupte ein grosser Stein durchs Dach geschlagen, doch durch Gottes sonderbahre Providenz auf dem Boden liegen blieben. Inzwischen gab ihm dieß Gelegenheit / daß er hernachmahls aller Orthen in seinen Zimmern die Worte: *Moriendum est!* anschreiben und abmahlen, seinen täglichen Wunsch aber diesen Scuffzer seyn ließ:

Vivere da recte, da bene, Christe, mori!

Sonsten erzehlet man auch von ihm, daß, ohnerachtet ihm die Verse wohl geflossen, er dennoch, wenn er ein Epigramma machen sollen, sich erst auf der Erden herum gewälzet.

Salomon FRENCELIVS, a Fridenthal, P. L. prius Academiæ Juliæ P. P. deinde Rigæ Livoniens. Gymnas. Rector: *Per Augusta ad Augusta.* ff) Item: ΣΥΝ ΘΕΩ. gg)

ff) *Aleutnerus* l. c. p. 144. Confer *Frenzelii* Epigrammata post Præf. ubi Variæ Variorum hujus Symboli leguntur expositiones. Misere periit A. 1605. die XVIII. Junii teste *Krügero* l. c. p. 227. b. Weilen er Carolo dem König in Schweden sein Symbolum; *Ex hoc in aliud,*
Schers-

Scherzweise umgekehret und darzu geschrieben hatte: *Neque hoc, neque illud.*

gg) Vide Effigiem Poematibus *Ejus* Sacris præfixam; ut & *ejusdem* Epigrammata P. I. p. 1. 199.

Salomon FRENCELIVS, Pater, prius Ecclesiæ Elisabethanæ Uratisl. Diaconus, deinde Ecclesiæ Bregens. & Namslaviens. denique Pilischzens. in Ducat. Jægerndorpiensi Pastor: *Fata Viam invenient.* hh)

hh) Exposuit hujus Symbolum filius Homonymus l. c. Lit. n. 7. col. 2. hoc modo:

*Cum Spes nulla subest, neque se res exerit ulla:
Fata viam, mentem, consiliumque docent.*

Item:

*Noctē, Pater, de te toties me somnia terrent,
Non possim ut vitæ non metuisse tuæ.
Nulla fides adbibenda quidem: Nam fata gubernant
Omnia: Præfagit nox nova sæpe tamen.
Affectus natura suos, per somnia, terret:
Hinc terret mentem sæpius illa meam;
Ast hoc si Voto est DEus exorabilis: opto,
Lustra addat lustris ut geminata tuis.
Nam quid dulce magis soboli, quam chara parentum
Ora videre, pios & bibere aure sonos?
Si tamen hoc voto non exorabilis ille est,
Cedendum est fati, quæ meliora dabunt.
Illa viam invenient vitæ melioris ad usum,
Quam nullus finis, nullaque cura manet.
Quod si fata vocant istuc te, munere functum
Tam bene, tamque diu, relligiose Pater:
Nos tamen omnipotens Genitor non deseret orbos:
Tu vero æterna laude superstes eris.
Sat patriæ est, annisque datum: te sine carentes
Sufficiat per me vivere posse dies.*

Johannes FREINSHEMIVS, Consiliarius Regius Svecicus & Electoralis Palatinus, Academiæque Heidelbergensis Professor Honorarius: *Quieta cum industria.* ii)

K 2

ii) Ex

ii) Ex Taciti Hist. Lib. 3. c. 50. n. 4.

Paulus FRIDEWALD, Med. D. & Archiater Episcopalis Uratislaviensis: *Auxilium meum a Domino.* kk)

kk) Calagius in Octostichis Symbolicis Medicorum Uratislaviensium.

M. Johannes FRITSCHIVS, Cygnea Misnicus, Ecclesiastes ad S. Nic. apud Berolinenses: *Ipse Faciet.*

Conradus FROMMANNVS, Med. D. & Consul Nordhusanus:

Befiehl dem Herrn deine Wege. ll)

ll) Ex Psal. 37, 5. Vid. Lexicon Eruditorum p. 2634.

Lucas FRVTERIVS, Poëta ingeniosissimus & suavissimus: *Du sens, & corps entier.* mm)

mm) Cum Pilæ lusu valetudinis causa se oblectaret, frigidamque incalens temere hausisset A. 1566. æt. XXV. e vita abreptus est divinus hic Juvenis.

Johannes FVCHSIVS, Electoralis Palatinatus Feudorum Præfectus: *Nulla Calamitas sola.*

M. Gothofredus FVCHSIVS, Pastor Primarius & Inspector Ministerii Suidnicensis ad SS. Trinit, Ædem: *Ut tristes, semper autem gaudentes.* nn)

nn) II. Corinth. VI. v. 10.

M. Christianus FVNCCIUS, Scholæ Gorlicensis Rector: יהוה יהוה Dominus providebit. Gen. XXII. v. 14.

oo) Vid. Ludovici Historia Scholarum P. IV. p. 4. & Funccii Jun. Lebens- & Geschichte der Görlichischen Geistlichkeit p. 144.

G.

Johannes GALLI, Czaslaviensis, Bohemus & Pastor Rackowitzensis: *Iustorum Gloria Christus;*

Gratia me salvat Jesu, fidei solo coronor

Scuto, quod Mundus, nec rapit arte Satan. a)

a) Vid. Schröters Exulanten-Historie p. 29. sq.

Georgius GASCOIGNE, Poëta pariter & miles insignis: *Tam Marti quam Mercurio!* b)

b) Evolve Lexicon Eruditorum p. 794.

M. Johannes Bernhardus GASSIVS, Theologus Augustanus: *Integritas rectumque tuum me Christe gubernent.*

Johan-

Johannes Jacobus GASSNERVS, S. Theol. D. & Cathedra-
lis Ecclesiæ Frisingensis Canonicus: *Nil temere, nil timide, sed
omnia Consilio & Virtute.*

Abrahamus GASTO, Grünbergensis Silesius, Ecclesiæ Bre-
genfis Pastor Ducatusque Senior: *Amplissimus Gubernat Gressus Suo-
rum.* c)

c) Ex Proverb. c. 16. v. 9. & c. 20. v. 24. Psal. 37. v. 5. Jer. 10. v. 23.

Flaminius GASTO, Med. D. & Illustr. Pr. Georgii Rudolphi,
Ligio-Bregens. Consiliarius & Archiater ut & Reipubl. Gurenfis Phy-
sicus: *Quid ago?* d)

d) Vid. *Jenckii* Thimonia Symbolorum Secunda n. 1.

Wolfgangus GASTO, Reipublicæ Svebusiensis Consul:
Dum Spiro, Spero, mea sit Spes unica Christus. e)

e) *Jenckius* Thimonia III. Symbolor. n. V.

Simon GEDICCIUS, SS. Theol. D. & Ecclesiastes primum
ac Professor Lipsiensis, deinde Aulæ Archi-Episcopalis Magdeburg.
post supremus Concionator Elect. Brandeb. Inde Superintendens Mi-
nensis, & tandem Martisburgensis: *לא ראיתי צדיק נעזב Non vidi
Justum derelictum.* f)

f) Hic egregius Theologus, *Pauperum sanguis Parentum*, fortunæ suæ
volubilis memor, ex Psal. XXXVII. v. 25. perpetuum sibi Symbolum
elegit, cujus sensum ita explicavit *M. Martinus Pratorius*, Joh. Georgii,
Marchionis Brandenburgici Informator:

*Jactentur vario quamvis discrimine rerum,
Quos juvat haud ficta mente placere DEO:*

*Non tamen hos duro desertos tempore vidi,
Dum sibi confisos servat alitque DEVS.*

*Huic me trado, licet ringantur & Orbis & Orcus,
Ejus & invictum mens mea sperat opem,*

*Diriget ille meas præsentis numine sordes
Providus, & rebus consulet usque meis.*

*Scilicet huic soli tutum est in rebus egenis
Fidere: fidentem deseruisse nequit.*

*In nihilum recidat prius ampli machina mundi,
Cælite quam Justis destituantur ope.*

Vide Enarrationem VII. Psalmor. Pœnitential. Gedicci, post præfat. &
Weisii Manipulum Symbolorum p. 16. sq.

Martinus GEIERVS, SS. Theol. D. & Concionator Aulicus Saxo-Electoralis primarius Confiliariusque Ecclesiasticus: *Mites gaudebunt.* g)

g) Ex Matth. V. v. 5. Er hat auf alle Art und Weise das Ober-Hoff-Prediger-Ambt von sich abzulehnen gesucht, daher auch der Herr Caspar Ziegler Gelegenheit genommen, sein Buch *de Clerico renitente* zu schreiben; dennoch als ihm der Chur-Fürst Jo. Georg. II. fürhielt, daß er bedencken sollte, daß ihn Gott selbst durch ihn zu diesem Ambt beruffe, solches endlich angenommen, und demselben mit grossen Eysen vorgestanden. Sonsten trug sich A. 1642. den 9. Novembr. ein besonder Omen mit ihm zu: Denn als damahls Dorstensohn die Stadt Leipzig mit Feuer-Einwerffen beängstigte, und er eben früh Morgens gutes Muthes aufgestanden, und in seine Studier-Stube gegangen, auch ein Capitel in der Bibel zu lesen angefangen hatte; fahm ihn eine Angst an, so daß er ohne selches zu absolviren aus der Stube gieng. Allein kaum war er hinaus, so fahm eine Stück-Kugel in dasselbe Zimmer, wodurch diese Bibel nebst andern Büchern übel zugerichtet wurde; woraus er also ein besonder Zeichen Göttlicher Vorsorge nahm.

Andreas GEISLERVS, hæreditarius in Pols- & Golsdorff, Aulae Caesareae Comes, Illustrissimorum Principp. ac Ordinum Silesiae, uti & Ducum Ligio-Bregensium Confiliarius & Orator, ac Ducatus Lignicensis Cancellarius: *Scientia & Conscientia.*

Fridericus GEISLERVS, Reussendorffensis Silesius, Phil. & J.U.D. ac Professor Publicus Lipsiensis: *Non omnis moriar.* h)

h) Ex Horatii Lib. 3. Od. 30. v. 6.

Johannes GENISCHIVS, Francof. March. Scholæ Rautenat. Moderator: *Jehova gratia fortitudo mea.* i)

i) Vid. Jo. Heermanni Epigrammata p. 55.

Georgius Zabo de GEONEZ, Nobilis Hungarus Literatissimus: *Quid mæres Anima mea?* k)

k) Evolve Exneri Sched. Poëtica p. 308.

David GEORGIVS, Scabinus apud Suibusenses: *DEUS Gaudium Suggestit Singulis.* l)

l) Fenckius Thimonia Symbolor. III, n. 12.

Bartho-

Bartholomæus GERHARDVS, Superintendens Bornensis:

In Christo vixi, morior vivoque Gerhardus,

Do Sordes morti, cetera, Christe, tibi! m)

m) Vid. Lucii Biographia Ephorum Bornensium p. 26.

M. Georgius GERHARDVS, Poëseos in illustri Bregæo Professor: *Bonis omnia in Bonum.* n)

n) Rom. VIII. v. 28. Cont. Fenckii Thimonia Symbolor. III. n. XI.

Johannes Ernestus GERHARDVS, SS. Theol. D. Ejusdemq; Facultatis Professor Publ. Jenensis: *In solo Domini verbo sapientia vera: In solo Christi merito fiducia vera: In solo cælo vita est & patria vera.*

Fridericus GERICIVS, Med. D. & Polyater Bregenensis: *Mediis tranquillus in unâis.* o)

o) Gruterus P. II. Deliciar. Poët. Germ. p. 1078.

M. Georgius GERLACHIVS, P. C. & Leubenitii prope Dresdam Pastor: *Amor meus crucifixus est.*

Marcus GERSTENBERGERVS, J. U. D. & Pro-Electoris Saxonix Cancellarius: *Pietas ad omnia utilis.* p)

p) 1. Tim. IV. v. 8. De hoc Cancellario canit Fridericus Taubmannus in Melodæsia p. 154.

Qualis ad auroram suboles Hyperionis auro

Purpurat, & longe radiantia tela; diei

Projiciens, humileis convestit lumine terras:

Sic tua se virtus, GERSTENBERGERE, per omnes

Saxonix differt radiis illustribus oras.

Inprimis ad laudem ejus insignem pertinet, quod eo tempore in Bohemia Pontificiorum furorem suis consiliis compescuerit, & quod maximum, ac supra vires privati pæne videtur, a Cæsare Rudolpho II. dignus judicatus fuerit, qui inter Majestatem & Status Bohemix arbiter esset, tanto quidem successu, ut Bohemi summum & nobilissimum Privilegium de Libertate religionem evangelicam exercendi, illo auctore consecuti fuerint. Propter Pietatis & Justitiæ studium autem Friderici Wilhelmi, piissimi & justissimi Principis ac Pro-Electoris Saxonix oculus fuit. Hinc aliquando cuidam Principi, huncce ministrum poscenti respondebat: *Si tantum pondus auri dones, quantum ad Gerstenbergeri molem aquandam sufficeret, ejus Opera carere non possem.*

Evolve

Evolve *Gotteri Elogia* Altenb. p. 19. *Symbolum ejus Eusebianum* sub imagine, æri incisa, ab *Elia Reusnero* ita fuit expositum:

Esto pius: PIETAS TIBI AD OMNIA semper in orbe

Utilis, & prodest, cum minime ipse putas;

Impia Vita, nocens vita est, pia vita salubris:

Nam juvat illa solo, nam juvat illa polo.

Confer *Weissium* l. c. p. 29.

Adamus a GFVG, Eques Silesius, Illustriss. PPr. Ligio-Bregens. Consiliarius: *Tantum Veritatem & Pacem.* q)

q) *Zach. VIII.* Vid. *Cunradi Silesiam Togatam* p. 94.

Josephus GIGAS, Jun., Josephi filius, Johannis Nepos, Pastor Beuchensis in Dynastia Trachenbergica: *Jhove Gratia Levabor Sperans.* r)

r) *Aleutnerus* l. c. p. 121.

M. David GLADO, Cüstrinensium Concionator Lutheranus: *In Domino Justitia & fortitudo mea; Justitia coram DEo, fortitudo in officio & quibusvis adversitatibus.* s)

s) *El. XLV.* v. 24.

Philippus GLASERVS, Doctor ac Histor. Prof. Publ. Argentorati: *Fortitudo Simplicis Via Domini.*

Paulus GLODIVS, Ecclesiæ Elifabeth. Uratislaviae Diaconus Polonicus & Senior: *Vespera jam venit.* t)

t) *Calagius* in *Octostichis Symbolicis Theologor.* Uratisl.

Sebastianus GOEBELIVS, SS. Theol. D. & Abbas Bergensis: *Sufficit Gratia DEi.* u)

u) *Gætzius* von unterschiedenen hin und her zerstreueten *Dresdnern* p. 19.

Henningus GOEDENVS, J. U. D. & Ecclesiæ Wittenbergensis Præpositus: *Lex sine executione, est tanquam Campana sine pistillo.* w)

vv) *Krügerus* l. c. p. 128. 2. Monarcha appellatus fuit Juris.

Samuel GOECHVSIVS, J. U. D. & Consiliarius Vinariensis Consistoriique Ecclesiastici Præses: *N. scit vox missa reverti,* additis hisce sex Literis: *T. A. N. D. E. M.* x)

x) *Zeumerus* in *Vitis Prof. Jur. Jenens.* p. 92. *Exnerus* in *Sched. Poet.* p. 22.

Georgius

Georgius GOEZIVS, Confiliarius Eccles. Saxo - Ifenacensis
& Superintendens Generalis: לפני כבוד ענורה y)

y) *Ante Gloriam Mansuetudo* ex Proverb. XVIII. v. 12.

Jacobus GOLIVS, Professor Lugdunensis: תרארו ורארך
Prosequere, adsequeris.

Franciscus GOMARVS, Professor Theologiae Primarius &
Hebraeae Linguae Groeningensis תורה אור *Lex Lux* z) Item:
אל נמר עלי *DEus Perficiet pro me.* aa)

z) Proverb. VI. v. 23.

aa) Psalm. LVII. v. 3. In cuius dicti voce *Gomer* suum nomen quaesivit
Gomarus gentilitium.

Martinus GOSKIVS, Ecclesiae Marianae apud Lygios Pastor;
Prudentia & Simplicitate. bb)

bb) Id quod *Calagius* L. IV. Epigr. p. 154. sic exposuit:

Ut sua Serpentem prudentia servat ab hoste;

Simplicitas mites ut sua servat aves:

Sic hominis constat cauta ratione, suaque

Insultus contra, simplicitate salus.

Petrus GOTHARDVS, Uratisl. Sil., P. L. prius Scholae Sol-
dinæ in Marchia, deinde Freistadii, postea Gymnas. Patrii Elisabeth.
P. P. denique Hermsdorff. Ecclesiae Pastor: *Pietatem Gloria Vera Se-*
quetur. cc)

cc) *Aleutnerus* l. c. p. 123.

Dionysius GOTHOFREDVS, Ictus: *Initium Sapientiae Ti-*
mor Domini. dd)

dd) Psalm. CXI. v. 10.

Jacobus GOTHOFREDVS, Ictus: *Nescimus quid serus*
Vesper vehat.

Johannes Georgius GRÆVIVS, Polyhistor Batavorum Ce-
lebratissimus: *Si vis amari, ama.* *

* Vid. *Bernhards Historie der Gelehrten* p. 625. Er war ein unge-
meiner Liebhaber vom Taback rauchen, wovon ein Sonnet in denen
Observat. Miscell. des Herrn Kochs nachzulesen ist. Wobey zu-
gleich anmercke, daß der Gelehrte *Mabillon* nicht einmahl den Rauch
einer frembden Pfeiffen vertragen können. Hinentgegen ist dem
Herrn *Clerico* dieser Dampff der angenehmste Beyrauch und da-
mit

mit von demselben ja nichts zu Schanden gehen möchte, pflegt er allezeit, so er schmauchet, einen überaus grossen Huth aufzusetzen, welcher als ein Wetter-Dach den über sich steigenden Rauch wiederum suppressiret, daß er bey der Nase noch einmahl Abschied nehmen könne.

Johannes GRAVIVS, Professor Astronomiæ Savilianus Oxonii: *כָּל אִנְסָאן נִקְצָא וְהַלֵּלָה וְהַרְרָה כְּמֹכֵל* *Omnis Homo imperfectus, solus DEus perfectus est.*

Rudolphus GRAVIVS, Ictus & Consiliarius Onoldo-Brandenb. intimus aulicus & Provincialis: *Mibi JESUS omnia.*

M. Johannes GREGORII, Pastor Tennstadii in Thuringia: *Fiat Voluntas Domini. Wie GOTT will.* ee)

ee) Vid. M. Jo. Godfr. Gregorii Historische Nachricht von Tännstadt P. 49.

Carolus GREVSEVS, Ph. & Med. D. & Poliater Uratisl. *Non est Mortale quod opto!* ff)

ff) Calagius in Octostichis Symbolicis Medicor. Uratisl.

Arnoldus a GROENEVELT, Urbis Noviomagensis Gubernator emeritus: *Victoria Sui Maxima.* gg)

gg) Elegantissime lusit in istud Samuel Neranus:

Sæpe licet densas fudit tua dextra cohortes,

Cingat & invictum laurea multa caput:

Cedis Alexandri tamen hac in parte triumphis,

Nam Victor mundi toties ille fuit.

Sed dum tu te, GROENVELTI fortissime, vincis,

Magnus Alexander cedit honore tibi.

Nam quicumque sui est victor, victor quoque mundi est,

Sed non qui mundi est, victor & ille sui est.

Vid. Ejus Poemata Lit. G. 2. col. 1. Dordraci 1611, 4to, edit.

Johannes GROPLOEBIVS, Rector Ludi Svebusiensis: *Mir genügt, wie es GOTT fügt.* hh)

hh) Vid. Jenckii Thimonia Symbolor. III. n. 13.

Hugo GROTIUS, Ictus & Syndicus Roterodamensis: *Ruit Hora.* ii)

ii) Popeblount l. c. p. 661. Aliud vero illi attribuit *Lexicon Eruditorum* p. 881. nempe hoc: *Nulla dies sine linea.* Als dieser einstens bey der Königin Christina in Schweden die Abschieds-Audienz hatte, und
die

Die Königin etliche verdrüßliche Worte wider ihn lauffen ließ, so sagte er nichts weiter, als: *Madame, ich verbleibe Eu. Majest. unterthänigster Diener, und nahm darmit seinen Abtritt.* Diese Kalt Sinnigkeit verdroß die Königin zwar sehr; allein als ein Franke, Namens Maligny, welcher Grotio sehr affectioniret war, sagte, daß solcher Abschied in Frankreich Mode wäre, so glaubte sie es, und schickte Grotio noch ein Präsent von 13000. Rthl. an Kupffer nach.

Christianus GRVNDMANNVS, Ecclesiae Heuckewaldensis Pastor: *Velle DEi sit Velle Meum: ipse faciet.* kk)

kk) Vide Tom. VIII. Miscellaneor. Lips. in Praef. p. 25. Auctor est *Urnarum defunctorum inptimis Eruditorum.* Hinc fatalem horam sibi imminere sentiens, adstantem Christianum Eberhardtum suum his alloquebatur verbis: *Non sine fato, nec sine divini numinis nutu defunctorum ossa haecenus a me sunt collecta, eorumque urnae paratae: Ita enim ipsa mea ossa cineresque pie collegi, meamque urnulam devote paravi, hinc ut abire haud pertimescam.* Obiit vero VIII. Iduum Febr. A. 1718.

Janus GRVTERVS, Polyhistor & Criticus Heidelbergensis: *Labor & Mors.* ll)

ll) Hoc ipsum aperit nobis *Frid. Herm. Flayderus* Vitae Gruterianae Scriptor his verbis: *Summam illam nobilissimamque disciplinam (assiduum mortis Meditationem uti vel ipsi Gentilium Philosophi nuncupaverunt) cura cordique Gruterus tantopere habuit, ut eam non Symbolo solum memorabili ex duobus composito vocabulis: LABOR & MORS, verum etiam nobili suo Opere quod Bibliothecam Exulum vocavit, notanter expresserit, nulli plures quam loco de morte paginas tribuendo, in fatali etiam operis praefatione scribens: se vixisse & , quem DEUS dederit cursum, feliciter peregisse.* Confer *P. Scriverii* Carmen gratulatorium ad Inscriptiones Ejus Romanas. Aliud tamen Grutero Symbolum adscribit *Crenius* l. c. P. XI. p. 140. nempe hoc: *Medio tutissimus Ibis.*

Isaacus GRVTERVS, Ἰσάκ ἀριστέειν mm)

mm) *Homerus* l. ζ. v. 208.

M. Christianus GVEINTZIVS, Rector Scholae Halensis: *Tandem Tamen!* nn)

nn) Vide *Wetzelii Hymnographiam* P. I. p. 361.

Henricus Godofredus GVNDELINGERVS, J. U. D. Confiliarius Würtembergico - Weillingensis, & Reipublicæ Nordlingensis Advocatus Ordinarius: *Iuste, Pie, Honeste.*

Johannes Cunradus GVNDELINGERVS: *Dominus tribuit Salutem.* oo)

oo) Euolve Zuberi Epigrammata Miscellanea p. 183.

M. Johannes GÜNTHERVS, in illustri Bregeo Græcæ Linguæ Professor: *Ut stem, Cbriste adsta!* pp)

pp) Vide Jo. Heermanni Epigrammata p. 338. & Jenckii Thimoniam Symbolor. Ill. n. 7.

M. Gabriel GÜTTNERVS, Ecclesiæ Jacobæ Freibergensis Pastor:

Per Christum vivimus, movemur & sumus.

*Vivimus in CHRISTO: per eum sumus atque movemur,
CHRISTVS enim vitæ normula vera meæ.*

*Hunc sequar, extremus mihi dum quis spiritus errat:
Hujus ero vivus: mortuus hujus ero.*

Aliter:

*Vivimus in CHRISTO, qui nostræ est æthera vitæ,
Hoc Duce floret, ovat, credulus atque sapit.* qq)

qq) Vid, Georgii Friderici Neumannii Stolbergam Literatam p. 7. sq.

Henricus GVTBERLETHVS, Hersfeldianus, Gymnasii Daventriensis Prof. Log. & Moral.: *Sic transit Gloria Mundi, Quare non est mortale quod opto.*

Otto a GRYNRADE, Eques Misnicus & Præses Senatus Ecclesiastici in Electoratu Palatino pro scito & Symbolo ac tessera quasi Christianæ suæ militiæ delegit illud Christi ad Martham, Luc. X. extr. *ὁὐὸς δὲ ἐστὶ χρεία: Unum est Necessarium.* rr)

rr) Ut narrat Melch. Adamus in Vicis Germ. Theolog. p. m. 832. Nescio verò annon & hoc fuerit Jo. Am. Comenti, Moravi, Symbolum; Titulum sane fecit alicui libro suo: *VNUM NECESSARIUM*, edito Amsterod. M. DC. LXVIII, in 4to.

H.

M. Daniel HÆNICHEN, Concionator Aulicus Electoralis Saxonicus: *Egenus & Pauper sum, DEUS adjuva me,* a)

a) Psal.

a) Pfal. LXX. Coactus hic quasi ob privata cum D. Hoëo dissidia Aulam Electoralem A. 1618. reliquit & Pragam se contulit, ibidemque Concionator Illustris Domini Comitis Petri de Schwamberg constitutus fuit Aulicus; Ubi & A. 1619. d. 7. Novembr. non sine magno honorum luctu vivere desit. Vid. CL. Gleichii Diss. de Theologis Electoralibus Saxonis in Aula Dresdensi Lit. c. 2. col. 1.

Petrus HAGKL, Consiliarius Cæsareus: *Quærenda* (scil. Occasio) *obvia, capta vincit.* b)

b) Vide Sal. Frentzelii Epigrammata P. I. p. 210.

Philippus HAHNIVS, sive GALLVS, SS. Theol. D. & Pastor Magdeburgi Primarius: *Propitia Trinitas, mea Hereditas!* sive: *O propitia Trinitas, ne me in hora mortis deseras.* Alibi ita scripsit: *DEi misericordia & Juramentum sunt salutis meæ fundamentum.*

Abrahamus HAIDORNIVS, Pastor Cunradiswaldaviensium in Territorio Gurano: *Per Aspera ad Astra.*

Georgius Albertus HAMBERGERVS, Mathem. & Philosophiæ Natural. in Academia Salana Prof. Publ. Ord.; *Ὁυδεις ἑμαυτῶ εαυτῶ ζῆ.* c)

c) Rom. XIV. v. 7.

Martinus HANCKIVS, Scholarum Uratislaviensium Inspector & Gymnasii Elisabethani Rector: *Æternitatem Cogita.*

Philippus Ludovicus HANNEKENIVS, SS. Theol. D. & Professor Consistoriique Assessor Vitebergæ: *Pietas commendat non Pietismus.*

M. Andreas HARDERVS, Venerabilis Ministerii Augustani Lutherani Senior: *Tu DEus qui vidisti me.* d)

d) Genes. XVI, 13. Vide Gætzii Gewißheit eines schönen Symboli p. 26.

Emanuel Sebastian HARDERVS, in Templo Arcis, & Spir. S. Pastor Solitarius Lubecensis: *Erigit Salvator Humiles.* e)

e) Symbolum hoc Celeb. & πολυμαθίασιν Lubecensium Præsul D. Georg. Henr. Gætzius in usum Studiosæ Juventutis peculiari Schediasmate explicavit 1715.

M. Balthasar HARTRANFFT, P. L. C. Pastor Barbiensis in Saxoniam, Ministeriique ibidem Senior & Consistorii Assessor: *Meam Beatitudinem Hæreditabo Lytro Salvatoris.* f)

L 3

f) Vide

f) Vide *Eberti Leorinum Eruditum* p. 17.

Georgius Philippus HARSDOERFFERVS, Patritius Norimbergensis, in Societate fructifera dictus *der Spielende: Miseri Mortales, nisi quotidie invenirent, quod discerent.*

M. Georgius HAVFFE, Jun. Diaconus Nordlingensis: *Iustus ut Palma florebit.* g)

g) Psalm. 92. v. 13.

Martinus HAVSCHILD, Diaconus Hernstadiensis: *Mente Habeo Mea.* h)

h) *Evolve Heermanni Epigrammata* p. 215.

M. Salomon HAVSDORFFIVS, Pastor Laubanensium Primarius:

Mea Salvator Hereditas.

Etenim

Meritum Salvatoris Habeo. i)

i) Vide *Hoffmanni Lebens-Geschichte der Laubanischen Pastorum Primariorum* p. 232. & *Matth. Hansi Sched. de Theologis quibusdam Macrobiis vel ex vel in Lusatia* p. 20.

Melchior HAVSIVS, P. L. *Jehovah de me cogitat.* k)

k) *Cunradi Lib. IV. Epigr. Lit. c. 5. col. 1.*

Johannes Paulus HEBENSTREIT, SS. Theol. D. & Proto-Synedrialis & Synodalis Confiliarius Saxo-Vinariensis, nec non Pastor & Inspector Dornburgensis: *Μακάριοι οἱ ἐπιηνοποιοί.* l)

l) *Matth. V. v. 9.*

Caspar HEDIO, SS. Theol. D. & Pastor Argentinensis: *Πάντα βραία εἰς.* *Omnia hujus Vitæ sunt brevia, & fluxa.* m)

m) *Krügerus l. c. p. 54. a.*

Polycarpus HEILAND, J. U. D. *Ehe todt als befleckt.*

Petrus HEINEN, n) Admiralis Hollandicus: *Das Silber ist geringer als das Gold, aber alle beyde müssen der Tugend weichen.*

n) Is est, qui Classem Hispanorum Auriferam prope Mantacam A. 1628. d. 8. Octobr. feliciter oppugnavit.

Daniel HEINRICI, SS. Theol. D. & Professor Primarius Lipsiensis: *Omnia Mibi Jesus.*

Daniel

Daniel HEINSIVS, Eques S. Marci & in Academia Lugduno-Batava Politices & Historiarum Professor: *Quantum est quod nescimus!* o)

o) Non sine omine Symbolum hoc usurpavit *Heinsius*. Nam morti proximus omnium pene rerum oblitus fuit. Hinc ad hoc alludit *Const. Hugenius* sequenti Epigrammate:

Sciverat, *Heinsides*, quantum nescire fatentur,
Quos nescire nihil credere fama jubet.

Ultima lento subrepens inscitia morbo
Reddidit infantem, nec sine laude Senem:
Successit melior fugiente scientia; postquam
Omnia descivit, scire mori didicit.

Popeblount in *Censura Celebr. Auct. p. m. 996.* Bey dem *Jo. Scaligero* war er in grossen zstim. Deswegen er auch, wenn er als ein junger Mensch etwas elaborirte, desselben Judicium sich einholiete; Und wenn denn derselbe ihm ein Lob beylegte, wuste er sich so viel damit, daß den ganzen Tag über kein Mensch im Hause mit ihm zu rechte kommen konnte. Er war übrigens ein grosser Liebhaber vom *Fruncfe* und *H. Casaubonus* nennete ihn *Pufillum Scaligerum*.

Balthasar Heinrich HEINTZIVS, Pastor Tribellensis:

καὶ τὸ ἀπὸ Θιῆ. p)

p) Vid. *Magni Literatos Soravienses p. 9.*

M. Joachimus HELLERVS, Leucopetraus *, Astronomus Mansfeldicus: S. P. Q. R.

Sperne Pulchra, Quere Recta.

Recht ist fein, meid falschen Schein. q)

* Weissenfels, a candidis petris, quibus circumdata est, dicta, limes Misniae & Thuringiae, arce & Gymnasio illustri praestans, & optimorum ingeniorum mater, hunc Hellerum peperit.

q) Utrumque Symbolum suum Hellerus, Vir τειραγωστικὸν καὶ ἀνύπνευστον, sequentibus distichis accurate exposuit:

Symbolon hoc nostrum, vera ratione viaque,
Posthabitis pulchris, quaerere recta jubet.
Vincat amor recti, pulcherrima quaeque nec unquam
Te doceat species deteriora sequi.

Cedant pulchra bonis, Virtus speciosa repellat,
Et fuge per Vitam Splendida damna tuam.

Sic

Sic rigidus *recti* cultus, concedat honesto,

Quæ forsan *Species* deteriora probat.

Vide Relationem Historicam Helli de Preto-Johannis, edit. in fol. Is-
lebiæ A. 1566. Cujus calci *Symbola sua*, cum *expositione* subjecit; &
Weissum l. c. p. 45.

Johannes HENCEJVS a Blanckenburg, Crucigerorum cum
rubea stella per Poloniam & Silesiam Magister supremus, Patronus
S, Matthiæ Uratislaviæ: *Dum Spiro, unicum Christum Spero.* r)

r) *Zuberus* Novorum Carminum Pemm. l. Lit. aa. 4. col. 2. *Gruterus* P.
II, *Deliciar. Poëtar. Germ.* p. 1060.

Nicolaus HENNELIVS, Ictus Consiliarius Cæsareus & Syndi-
cus Uratislaviensis: *Ἐνὸς βλέψον ἄνω.* s)

s) Id est. *Sursum Corda!* Vide *Prospionemata* quibus illi ad Syndica-
tum Uratisl. gratulantur amici, Uratisl. 1639. ed. in 4to. Ubi *Jo. Heer-*
mannus hujus Symbolum ita explicat:

Quo tendis mea Mens? quo vis adflicta? deorsum?

Rerum adparet ibi splendor; at exitium est.

Ejaculare oculos sursum super ætheris arcum:

Est ubi summa salus, qua sine nulla salus,

Delicias Cordis JESVM tibi quære: sat ambis.

Nil tibi prorsus abest, si tibi JESVS adest.

Conf. Ejusdem Epigrammata p. 51.

M. Johannes HENNINGIVS, P. L. C. & Pastor Quedlinbur-
gensium Ægidianus: *Mea Jesus Hereditas.*

M. Simon HENNINGIVS, Pastor antea Hafniensis ac postea
Bremensis: *Dominus mecum, nil metuo, quid mihi faciant homines?* t)

t) Psal. 118. v. 6. Amicorum albo frequenter etiam hoc inserebat prover-
bium: *Varii sodales, Fide, sed cui, vide. Sey wigig, die Welt*
ist spizig:

Candor abest, venere animi sub vulpe latentes,

Fortuna alterius pessimus hircus adest.

Redimus, affilimus, contemnimus optima quæque,

Nec nisi composito lumine finis erit.

Evolve Gætzii Elogia Germanor. quorundam Theologor. p. 312.

Laurentius HENRICVS, Scabinatus Lygii Assessor Litera-
tissimus: *Spes mea Christus,* u)

u) Vid. *Exneri* Sched. Poët. p. 90.

Michael

Michaël HENTSHELIVS, in Monasterio ad D. Annam Lubecæ Præceptor: *Herr, erhalte mein Herz bey dem Einigen, daß ich deinen Mahnen fürchte.* w)

w) Pial. LXXXVI, 11. Vid. Hilmeri Gottgewürdigt. Lob, Ecf. p. 125.

Valerius HERBERGERVS, Ecclesiæ Fraustadiensis Pastor: quatuor hisce gavifus est Symbolis:

Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cælis; Luc. X, v. 20.

Nisi Iesum crucifixum; 1. Cor. II, 2.

Mea gloria Iesus; Gal. XIV.

Urget honesta fides. x)

x) Vide Crenii Animadv. Phil. Histor. P. XI. p. 141. & Lauterbachs Vitam Val. Herbergeri p. 232. sq. Conf. Ejusdem Fraustädtisches Zion p. 320. & 366.

M. Zacharias HERBERGERVS, Ecclesiæ Fraustadiensis Pastor:

Seu vigilo, mea seu clauduntur lumina somno,

Iesu non possum non meminisse tui. y)

y) Adi Ejusdem Fraustädtisches Zion p. 393.

Jacobus HEERBRANDVS, SS. Theol. D. Professor & Cancellarius Academiae Tubingensis, ut & Præpositus & Consiliarius Würtebergicus: *Pietas ad omnia est utilis, habens Promissionem hujus & futurae vite.* 1. Tim. IV. v. 8. z)

z) His Apostoli Verbis, si recte memini, repetitis in albo pietate, doctrina & ingenio præstantis Joh. Frid. Leopoldi, Lubecensis, Doctoris Medici, adscripserat D. Philippus Ludovicus Hanneckenius, Theologus Wittebergensis & doctrina & pietate insignis: *Pietas commendat non Pietismus.* Vid. Crenius l. c. P. XI. p. 133. & P. XII. p. 211.

Daniel HERLICHIVS, Medicus & Mathematicus Stargarciensis: *Medice vivere est modice bibere.* aa)

aa) Königius in Bibliotheca p. 394.

Adamus HEERMANNVS, Superintendens Coldicensis: *Πολίτευμα ἡμῶν ἐν ἄρανοῖς ὑπάραχαι.* bb)

bb) Phil. III, 20. Vide Lucii Biographias Ephorum Bornensium p. 46.

Johannes HEERMANNVS, Rutenas Silesius, P. L. C. & Cœbenensium Pastor: *In Honore Resurgam.* cc) Item: *Mibi Omnia Iesus.*

M

cc) Jenckius

- cc) *Jenckius* Thimonia Symbolor. II. n. 12.
 Abrahamus HERRMANNVS, Pastor Caroschiensis & Maslensis: *Dominus providebit.*
- Esaïas HERMANNVS, Ecclesiæ Uratislaviensis Elisabethanæ Senior & Archi-Diaconus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* dd)
- dd) *Calagius* in Octostichis Symbolicis Theologor. Uratisl. *Heermannus* in Epigrammatibus p. 151.
- Georgius HERMANNVS, illustri aulæ Bregensi ab Epistolis: *Gloria Humilitatis* βραβείον. ee)
- ee) Vid. *Jenckius* Thim. Symbol. II. n. 7. & *Heermannus* Lemmat. Symbol. L. II. n. X.
- Johannes HERMANNVS, Sen., Med. D. & Poliater Uratislaviensis: *Beati omnes qui confidunt in Eo.* ff)
- ff) *Calagius* in Octostichis Symbol. Med. Uratislaviensium.
- Johannes HERMANNVS, Jun., Med. D. & Physicus Strelensis: *Integritas & Rectum custodiant me.* gg)
- gg) *Cunradi* L. IV. Epigr. Lib. b. 6. col. 2.
- Leonhard David HERMANNVS, Pastor Masselensis: **Lobe Den Herrn Meine Seele.** hh)
- hh) Ex Psal. CII. Vide ipsius *Maslographiam* P. I. 171. sq.
- M. Michaël HERRMANNVS, Ecclesiæ Uratislaviensis Primariæ ad D. Elisabethæ Pastor, Ecclesiarum & Scholarum Aug. Conf. ibidem Inspector: *Mea Hereditas Vita Sempiterna. Vel hoc: Non est Mortale quod opto.*
- Zacharias HERRMANNVS, Theol. Doctor & Ecclesiæ Uratislaviensis ad D. Elisabethæ Pastor: *Vicit Leo de Tribu Juda.* ii)
- ii) Ex Apocal. V. v. 5. *Calagius* in Octostichis Symbol. Theologor. Uratisl.
- Johannes Cunradus HEROLD ab Höfslingen, Electoris Bavarix Consiliarius Ecclesiasticus: *Nihil homine dignius quam de omnibus bene mereri.*
- Georgius HERTELIVS, Scholæ Olaviensis Cantor: *Optimum est pati, quod mutari non potest.* kk)
- kk) *Jenckius* l. c. Thim. I. n. 10.
- Magnus HESENTHALERS, Professor Tubingensis: *Fidei testis vita.* ll)
- ll) *Wetzehus* l. c. p. 419.

Johannes

Johannes HESSVS, SS. Theol. D. & Primus Pastor Evangel. Uratisl. ad D. Mar. Magd. *Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum.* mm)

mm) Pl. CXVI. v. 10. *Wetzelius* l. c. p. 423.

Ernestus HETTENBACHIVS, Medicinæ D. & Professor Wittebergensis: *Πάν τὸ πολὺ πολέμιον τῇ φύσει. Omne nimium, Natura inimicum. Zuviel, ist ungesund.* nn)

nn) Vere Medicum & Hippocraticum Symbolum sibi Hettenbachius elegit, quod & Philothecis inscripsit, & sanis ægrisque inculcavit. Fuit enim Vir ingenuus & infucatus, quamobrem a D. Ambrosio Rhodio, Rectore Acad. Witteberg. in Programmate funebri de illo scribitur, quod Facultas Medica amiserit Senioreem suum, & singulare ornamentum, Respublica Æsculapium, omnes Ordines omnisque ætas prisca integritatis Germanicæ Candoris ultimas quasi reliquias. Vid. Tom. II. Conc. funebr. D. Balduini p. 790. sq. Temperantiam, quam Symbolo suo aliis commendavit, ipse quoque mire coluit: Qui Vitæ inoffensus tenor integra membra duxit ad calcem ultimam:

*Cum nil juvena stulta conscierit sibi,
Effæta membra cur senectæ traderet.*

Uti Rhodius d. l. addidit, Symbolum Hippocraticum Hettenbachii, ex sequentibus verbis Hippocratis lucem & exegesis accipit: *σιτία, πότοι, πόννοι, ὕπνοι, γυμνάσια, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια*, hoc est, ut Hieronymus Wolffius, Comment. in Cic. Caton. Maj. p. 107. vertit: *Cibi, potiones, labores, somni, exercitationes, res venerea, omnia denique sint moderata.*

*χρῦσεόν ἐστι μέτρον, μέτρον ἔν ἅπασιν ἄριστον.
ἔλοον ἀλλὰ φύσει ἐπλετο πᾶν τὸ πολὺ.*

Aurea mensura est, mensura est optima semper:

Natura, nimium, quod fuit, omne nocet.

Weiffius l. c. p. 42.

Otto HEVRNIVS, Professor Medicinæ Practicæ, Anatomia, & Chirurgiæ in Academia Leidensi ac Præses Collegii Practici Publici: *Cito, tuto, jucunde morbi curandi.*

Abrahamus HEYDANVS:

ἄμαθία θάρσος, λογισμὸς καὶ ὄγκον φέρει Non potest semper idem placere nisi rectum.

M. Christophorus HILDISCH, Dresdensis, Diaconus Bischoffswerdensis: *Miseria Christi Humiliati Defensor.* oo)

M 2

oo) Vid.

- oo) Vid. *Heckelii* Beschreibung der Stadt Bischoffswerda p. 112.
 Johannes HIMMELIVS, SS. Theol. D. ejusdemque in Alma
 Salana Prof. Publ. *Omnia in Nomine Domini nostri Jesu Christi.*
 Abrahamus HIRSEKORN, in Suebusiensium Republica Sca-
 binus: *Auxilium habebo sperans.* pp)
- pp) *Fenckius* l. c. Thimon. III. n. 16.
 Caspar HIRSEKORN, Pastor in Schampf: *Parva maxima
 spero fide.* qq)
- qq) *Aleutnerus* l. c. p. 113.
 M. Martinus HOBALDVS, Pastor Sornzigensis: *Memento
 mori, Homo!* *
- * Vid. *Zieslers* Fortsetzung der Müglischen Chronica p. 43.
 Johannes Paulus HOCHER, J. U. D. Sac. Cæs. Maj. Confilia-
 rius & Cancellarius Aulico-Austriacus: *Verbum Domini manet in
 æternum.*
 M. Ægidius HOCHMVTH, Kirchberga-Misnicus: *Christi
 paupertas mea hereditas.*
 Georgius HOCNICAVV, Secretarius Camerae Silesiacæ:
Deus providebit. rr)
- rr) Vid. *Calagii* Epigrammata p. 48.
 Matthias HOE ab Hoheneck, SS. Theol. D. & Serenissimo
 Elect. Saxon. a Concionibus aulicis primar. Consiliisque Ecclesia-
 sticis: *Inter brachia Salvatoris mei & vivere volo, & mori cupio.*
 Item: *Elegi abjectus esse in domo Domini.*
 Johannes HOEFELIVS, Jctus & Reipublicæ Svinfurtensis
 Consiliarius: *O Vanitas! O Æternitas.*
 Henricus HOEPFNERVS, SS. Th. D. ejusdemque Prof. Publ.
 Lipsiæ: *Ut Pottar, Patior.* Item: *Tandem!* (Psal. XXXVII. v. 57.)
 Johannes HOEPFNER, SS. Theol. D. Prof. Publ. & Superin-
 tendens Lipsiensis: *Glorior in solo sanguine Christe tuo.* Item: *Si Deus
 pro nobis; quis contra nos?*
 M. Joh. Gottlieb HOFFMANN, Lipsiensis, SS. Theol. Baccal.
 & Pastor Tauchensis: *τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, πάντα συνεργῆ εἰς
 ἀγαθόν.* ss)

ss) Rom.

gani, W in 7 & 3 in 3 latere & per consuetum Anagramma elici posse;
Vide ipsum in Christiano Viatore c. IV. p. 40.

Matthias HOVIVS Archi-Episcopus Brabantinus: *Superat Patientia Fortem.* yy)

yy) *Sweertius* in Monumentis Brabantiae p. 14.

Ulricus HVTTENVS, Eques Francus, P. L. *Sinceriter, citra invidiam: Sinceriter, citra Pompam, Zelo Virtutis.* Item: *Facta est alea: Ich habß gewagt.* zz)

zz) Confer. *Burckhardi* Commentar. de Vita Hutteni P. II. in Praef.

Laurentius HYPERIVS, *Nihil temere, nihil negligere.*

J.

Johannes JACOBS, Sereniss. Duc. Saxo-Goth, Vice-Praefes Consistorii & Consiliarius Regiminis & Camerae: *Decus cuique suum Posteritas rependet.*

Johannes JAGEMANNVS in Hardeggen & Göttingen/ Illustr. Ducis Brunsvicensis Henrici Julii &c. Cancellarius: *In via virtuti nulla est via.* a)

a) *Frenzelius* P. I. Epigr. p. 120. & 130.

Fridericus JENCKIVS, Silesius: *Fido Jehove Soli.* b)

b) *Heermannus* in Epigram. p. 226.

Johannes JENCKIVS, Reipublicae Olaviensis Senator Primarius: *Si DEVS pro nobis; quis contra nos?* c)

c) *Frid. Jenckius* Thim. I. Symbolor. n. 6.

Fabianus ILGESIVS, Pharmacopœus apud Bregenses experientissimus: *Non sanguine, sed virtute.* d)

d) *Idem* l. c. Thim. II. n. 8.

M. Andreas JONAS, Strela-Silesius, ad D. Barbar. Uratislaviae Ecclesiastes: *Meus Amor Jesus Solus Salvator.* e)

e) *Calagius* in Octostichis Symbolicis Theologor. Uratisl.

Johannes JONAS, Pastor Nordhusanus ad S. Martini:

Partibus a nostris DEVS est si noster in armis,

Quis nos adversum Martia castra gerat? f)

f) *Kindervater.* in Nordhusa Illustri p. 138.

Justus JONAS, Theologus Wittebergensis, Collega Lutheri,
alia-

aliarumque Ecclesiarum deinceps Antistes: Ἐν τῇ οἰκίᾳ τῆ πατρὸς μου
μονὰ πολλά ἐῖσιν ὅπου ἐμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἦτε g)

g) Hac dulcissima Christi Sententia, quæ Joh. XIV. v. 2. & 3. extat, D.
Jonas, nomine & re Justus, sese confirmavit, cum in acerrimis tem-
pestatibus esset fidissimus Achates ac comes filiorum magnanimi illius
& sancti Elect. Sax. Joh. Friderici captivi, hinc inde jactatus & sævissima
pericula expertus. Eandem quoque identidem recitavit in agone, &
solatium inde efficacissimum hausit, ad beatam usque analysin. Vid.
Conc. funeb. & Basiliæ Fabri tract. de IV. Novissimis c. III. p. m. 36.
Joh. Gigas, Civis, discipulus & amicus Jonæ, in Epiced. ita exposuit:

*Christus ubi est, ibi ero: Patris illius est domus ampla,
In qua Christicolis mansio multa patet.
Hospitium mundus mihi quando negaverit, illa
Cælestis capiet me sine fine domus.*

Jo. Bocerus Lib. II. Sacr. Carm. hoc modo:

*Ampla DEI Domus est, multis cultoribus illa,
Huc saltem veniat plurima turba, patet.
Postibus hæc nullis, nullis munitaque seris,
Semper habet faciles, semper aperta, vias.*

Conter Weissium l. c. p. 2. sq.

Johannes Septimius JOERGER, Dominus in Tolles & Gö-
zersdorff L. B. a Creuspach Hæreditarius Aulæ Magist. Austriae Su-
perior. *Durant virtute parata.*

Andreas ISINGIVS, Pastor Glacensis ac in illo Comitatu
Ecclesiarum Inspector: *Simplicitas & Rectum.* h)

h) Vide Eberti Leorinum Eruditum p. 29. & Frenzelii Epigrammata P. I.
p. 49.

Thomas ITTIGIVS, SS. Theol. D. & PP. Lipsiensis, ut & ad
D. Nicol. Pastor & Diœceseos Lips. Superintendens: *μέλασσα μένισσα.*

Christianus JVNKERVS, Sereniss. Saxon. Ducum Historio-
graphus, & illustris Gymnasii Altenburgensis Director: *ἀνέχεσθαι καὶ
ἀπέχεσθαι. Sustine & abstine.* i)

i) Evolve Famam Eruditam p. 37. P. 124. Ubi & sequentia de Insigni-
bus ejus lego: Das Insigne des seel. Junckers, so in allen seinen
Büchern zu sehen war, stellet im Kupffer gestochen dar einen mit
einem Teppich bedeckten Tisch, auf demselben ein Buch und Musi-
calisches Instrument, welche beyde von der Sonnen bestrahlet wur-
den.

den. Oben stunden die Worte: *Dulces ante omnia Musa*: Unten aber der Nahme: Christian Juncker. Sonsten hat man ihm Schuld gegeben, daß er seine Noten über etliche Authores Clasicos bey einer Pfoiffe Taback verfertigt, und daher nicht allzugrosse Einsicht dabey gebraucht.

K.

Esaias KEHR, Phil. & Med. D. & Practicus Uratislaviensis: *Pulchrrior, attrita, resurgo.* a)

a) *Calagius* in *Octostichis Symbol. Medicor. Uratisl.*

Zacharias KEIMANNVS, Pastor in Ullersdorff:

GOTTES Gnad und theurer Gnd,

Ist der Grund meiner Seeligkeit. b)

b) Vide *Schröters Exulanten-Historie* p. 46.

Joachimus KERSCHNER, Senatus Ratisbonensis Senior: *Alles nach Gottes Willen.*

Andreas KESLERVS, SS. Theol. D. & Superintendens Generalis Coburgensis: *Sit serpentinus oculus in columbino corde.* c)

c) *Matth. X. v. 16.*

Helmhartus KIRCHBERGERVS, Eques Austrius: *Pro Christo & Patria dulce mori.* d)

d) *Frenzelius* P. I. Epigr. p. 54. sq.

M. Martinus KIRSTENIVS, Superintendens Bornensis: *Mibi vita Christus est, & mors lucrum.* e)

e) *Lucius* in *Biographia Ephorum Bornensium* p. 21.

Jacobus KISLINGIVS, Saltuarius Cæsareus: *Sors mea in Tempestate.* f)

f) *Frenzelius* l. c. p. 58.

M. Henricus KITSCHIVS, Lipsiensis: *ἄκουε πολλά, λάλεσ καίγια.* Item: *Vitiis nemo sine nascitur.* g)

g) Vid. *Georgii Tilenii Poemata* p. 605.

M. Christianus KLEMMIVS, Pastor Primarius Doebelensis: *Mit Christi Krafft.* h)

h) *Ex 2. Cor. XII. v. 9.* Vid. *Gatzius* von einigen hin und her zerstreuten *Dresdnern* p. 112.

Abra-

Abrahamus KLESELIVS, Pastor & Inspector Jauranus: *Amor meus crucifixus.* i)

i) Vide *Schwerdtneri Ehren-Gedächtniß der Evangelischen Fürstenthums-Kirchen vor Zauer* p. 176.

M. Johannes Andreas KNODERER, Argent. in Ecclesia ad D. Pet. Pastor: *Meum Jēbova Auxilium Christus Asylum.*

Otto Guilielmus KOENIGSMARCK, Comes in Westewick & Steckholm, Dynasta in Rotenburg & Neuhaus, Metropolitanæ Magdeburgensis Ecclesiæ Canonicus, in illustri Societate Fructiferorum der Hochgeneigte dictus: *Pro DEO & Principe.* k)

k) Hic A. C. 1655. Falces Rectorales Acad. Jenens. tenuit.

Christophorus KOCHIVS:

Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.

Johannes KOSCHMANNVS, ad S. Johann. Uratislaviæ Vicarius: *Victoris Laurea Merces.* l)

l) *Calagius* L. IV. Epigr. p. 132.

Leonhardus a KOTTWITZ, in Köben, &c. prius Judicii Provincialis in Ducatu Glogoviensi Adfessor Regius, deinde Capitaneus Gurensis: *JESVS!* m)

m) *Evolve Christophori Albini, Gebenatis Silesii, Fasciculum Epigrammatum Olsnæ* 1609. in 8. edit. n. III.

Sebastianus a KOTTWITZ, in Köben &c. hæreditarius: *G. W. M. G.* n)

n) *Idem* l. c. n. I. & II.

Andreas KRANNOEST, in Republica Patria Ratisbonensi Consul: *Integritas rectumque tuum me CHRISTE gubernet.*

M. Sebastianus Jacobus KRAVSIVS, ad D. Laurentii Norimbergæ Diaconus: *Meum Solatium JESUS Christus.*

M. Leonhardus KRENTZHEIM ab Iphoven, Ecclesiarum Ducatus Lignicensis olim Superintendens: *Vinco Ferendo.* o)

o) Vitam, Doctrinam & Fata Theologi hujus vere nobilis exposuit M. Jo. Christophor. Mosemannus, pcc. Disp. quem vide. Symbolum vero ejus habet *Calagius* L. III. Epigr. p. 86. hac cum explicatione:

Fata, Dei nutu tristissima, Vinco Ferendo;

Ne dubita, cupidus vincere, Victor eris.

N

M. Wolff.

M. Wolffgangus KRÜGERVS, Pastor Thurnaviensis: *Disce pati, & Christo vivere, disce mori.* p)

p) *Inspiciatur ipse*, in *Historologia* p. 251. b.

Fridericus KÜHLWEIN, J. U. D. & Consul Lipsiensis: *Ipse Faciet.* q)

q) Pſal. XXXVII. v. 5.

Andreas KVNAD, Theol. D. & Prof. Publ. Wittebergæ: *Dominus de me cogitat.*

Johannes Andreas KVNADVS, SS. Theol. D., Confiliarius Ecclesiasticus Anhaltinus, Concionator Aulicus, Superintendens, Templique Servestani ad D. Bartholomæi Pastor Primarius & Scholarcha: *In Amore Christi Libens Morior.* r)

r) Theologus hic consummatissimus vitæ suæ curriculum ipsemet, licet concise admodum, quod legendum nobis *Pippingius in Memoriis Theologorum* p. 506. dat, descripsit, quod ita se habet:

Sum *Portæ* genitus, *Leisnigi* natus in auras,

Nutritus *Grimma* per duo lustra fere.

Transmissus *Portam* mea prima stipendia feci

In studiis inibi, *Lipsia* format opus.

Post recipit *Witteberga* sinu me chara docetque,

Et, quod habet, donat Panlophus atque DEVS.

Hic occumbit uterque Parens, *Mitweida* vocat me

Pastorem, *Starcki* gnata marita venit,

Me quatuor gnatis hilarans natisque duobus,

Post Superintendens sistor *Episcopoli*.

Hic dum peste cadit conjux, ad vota secunda

Transeo, *Schacheria* dansque ferensque manus.

Nec mora, successit *Domiaj* benedictio larga,

Nam vocor hinc *Ephorus Juliburga* tibi.

Quin gnatum natumque pium video, & bona quæque,

Præteritique mali dememinisse datur.

Sed nec itum satis est, *Anhalti* Principis aulam,

Servesta, & sacram cogor adire domum.

Optima sed mihi pars servatur in ætheris arce,

Qua per te credo, *Christe benigne*, trui.

JESU CHRISTE, fili DEI, Crucifixe pro me, miserere mei peccatoris
& per sanguinem tuum redempti Ministri, nec patere me a te divelli

in

in morte, qui tecum vixi per gratiam Spiritus Sancti conjunctus in vita, Tibi vivam, Tibi moriar, Tibi resurgam, Tibi benedicam in omnes æternitates, Amen.

Elias KVNTSCHIVS, Medicinæ D. & Physicus Oppoliensis:

Dirige Gressus meos. s)

s) *Heermannus* in Epigr. p. 45. *Cunradus L. I.* Epigr. Lit. c. 3. col. 2. *Gruterus P. II.* Del. Poët. Germ. p. 1075.

Jacobus KVPFFERVS, Diaconus Aquensis: *Ipsè DeVs sIt proteCtor MeVs. t)*

t) Vide *Brunonis Beschreibung der Stadt Aßen* p. 56. Continetur autem in hoc Symbolo Chronosticho annus Vocationis ejus ad officium sacrum, quo pessime functus est, nimirum MDC XII.

L.

Petrus LAMBECIVS, J. U. D. Sacr. Cæs. Maj. Consiliarius & Bibliothecarius: *Sua quemque fors manet. a)*

a) De hoc ipso, multa lectionis, nec ingenii vulgaris, licet judicii non semper Virilis Viro, plurima notatu digna vitæ momenta in medium producere possem, si instituti hoc permitteret ratio, nec ante nos Viri quidam doctissimi jam idem fecissent. Quos inter *Jo. Mollerus*, *Petrus Balius* & *Jac. Frid. Reimannus* facile principem obtinent locum, Summatim tamen addo, *Lambecium* Hamburgi 1628. lucem aspexisse, sumtuque avunculi, *Luca Holstenii*, Viri summi atque incomparabilis, ea felicitate literis operam dedisse, ut numerum præcocium ingeniorum, anno ætatis 19. edito *Lucubrationum Gellianarum Prodromo*, au-xerit, referente *Schulteto* apud *Klefekerum* in *Bibliotheca Præcocium Eruditorum* p. 192. A. 1652. Professor Historiarum in Gymnasio patrio & A. 1660. Rector constituebatur. Non diu tamen ibi, ob contumaciores in schola discipulos, & malevolos in Curia adversarios, subsistit; Neque alia est causa, cur Hamburgensibus non faveat, nec facile admitterit ad se venientes, eorumque Magistratum *Tomo Commentariorum I.* tanquam a modestia & comitate alienum, suggillet. His ad ærumnas accedebat infelix cum vetula quadam *Xantippe* conjugium, divite quidem illa, sed avara nimis, ac, vel eam ob rem, a *Dn. Bættnero* inter malas Eruditorum uxores merito relata. Vix duas igitur cum illa in matrimonio vixerat hebdomades, cum, suasu *Christinae*, Svecorum Reginz, patria & uxore desertis, Vindobonam Romamque salutaret, ibidemque Sacris Ecclesiæ Romanæ, quibus jam olim erat initiatus, quan-

N 2

cumvis

tumvis externa Lutheranismi professione cives adhuc sefellerat, sese aggregaret. Reversus ex Italia aulae commendatus Viennensi a *Luca Holstenio*, opera ejus & studio ab Divo Romanorum Imperatore, *Leopoldo*, Praefectura Bibliothecae Augustae vicaria A. 1662. ornatus, & anno mox insequenti, suprema ejusdem Ephoria, Consilarii item atque Historiographi Caesarei dignitas illi conferebatur. Quantae vero curae Bibliotheca ipsi fuerit, testantur ipsius laboriosi de ea *Commentarii*, quos *Morhofius* argute latis: *Bibliothecam de Bibliotheca* vocat. Ceterum eundem, quem *Martinus Fogelius*, in disponenda Bibliotheca, non ratione magnitudinis habita, sed observato argumenti ordine, fertur observasse modum, postea tamen ab *Lambecii* successore, *Dan. Nesselio*, ipsius jussu Imperatoris immutatum. Fatis, maximo cum Reipublicae Literariae, ob egregia perplurium Operum exordia, damno, A. 1680. cessit. Bibliothecam ejus, 3000. libros & 200. Codices MSS. completam, Divus *Leopoldus* 2300. Imperialibus, a *Lambecio* adhuc vivo, redemit, Augustaeque suae Vindobonensi post mortem ejus inferendam curavit, prout ipse *Commentariorum* L. III. p. 288. sqq. fatetur.

Christianus LANGIVS, SS. Theol. D. & Prof. Publ. nec non ad D. Thomae Pastor & Superintendens Lipsiensis: *Prudens ut serpens, Simplex ut pura columba.*

Christianus LANGIVS, Phil. & Med. D. ac P. P. Lipsiensis: *Ad Altiora.*

Johannes Michaël LANGIVS, SS. Theol. D. Ejusdemque Facultatis Prof. Publ. Altorfinus: *In Morte Libertas.*

Samuel LANGIVS, SS. Theol. D. & Prof. Publ. nec non ad D. Thomae Pastor & Superintendens Lipsiensis: *Cruce Christi Gloria nostra.* b)

b) Galat. VI. v. 14.

Georgius LANGEHANSIVS, Reipublicae Suebusiensis Notarius: *Wosern es nicht regnet.* c)

c) *Jenckius* l. c. Thimon. III. n. 9.

Johannes LASSENIUS, SS. Theol. D. Ejusdemque in Academia Regia Hafnienfi Prof. Prim. Collegii Consistorialis Affessor & ad D. Petri Germanorum Pastor: *Jesu lenis sana nos.*

Samuel LATOCHIVS Secundus, cognomento Sommerheltus, Brigenfi Silesius, P. L. & Pastor Cygnæus: *Et Deus & Caesar.* d)

d) Vide

d) Vide *Ejus Laurifolia* p. 389. *Cunradi* L. IV. Epigr. Lit. c. 1. col. 1. & *Taubmanni Schediasmata Posthuma* p. 133.

M. Christophorus LAVRENTIVS, Concionator Aulicus Electoris Saxoniae: *Me Christus Liberavit.*

Jacobus LAVRENTIVS, Theologus & Ecclesiastes Amstelodamensis: *Nunquam sero, si serio.* e)

e) Celebris hic fuit inter Calvinistas Scriptor contra Lojolitas, interque hos contra Jac. Greiserum.

Conradus LAVTENBACHIVS, Theologus Francofurtanus: *Durabilis Misericordiae Patria Lex JEsus.*

Johannes LAVTERBACHIVS, J. U. D. Electoralis Aulae Saxoniae Confiliarius: *Etiam si DEVM omnesque homines celare possem, tamen nihil contra Justitiam facerem.* *

* Sic Philothecis inscribere consuevit doctissimus hic Nobilis & Conscientissimus JCtus, Beustii olim Collega & familiaris in aula Dresdensi infucatus, cujus tandem satur, in praedium suum nobile Noscovitz secessit, fati sui legem ibi expectaturus, sicut ipse Lib. III. Eleg. II. ad Albertum fratrem scribit:

Hic reliquum suadet mihi mens consumere Vitæ,

Et tacitos nullo claudere honore dies.

Aurea libertas, parvo contenta beato,

Afficit, & servas temnere cogit opes.

Nulla fides mundo, fors circumvolvitur anceps,

Et rota conversa est, quæ modo firma stetit.

Quique hodie incedit felix, stipatus amicis,

Cras miser, obscuri carceris antra subit.

Symbolum Ejus Religiosissimum Adamus Cuslevius Lib. I. Select. Epigr. ita scite interpretatus est:

Nolle, licet possis celare hominesque DEumque,

Ledere justitiam, pectoris egregii est.

Te, LAVTERBACHI, tenuisse in pectore celso

Virtutem egregiam, *Symbolon* hocce probat.

O sanctum Juris Doctorem! nomen & omen

A puro rivo cui fuit, atque manet.

O utinam cuncti Confuli Juris haberent

Talem animum justum, propositumque pium!

Templa forent omnes sanctissima curiæ & aulæ,
 Et jus ex toto pelleret orbe nefas,
Sed quoniam multi sibi mortua Numina fingunt,
Et brutos homines, fraus regit atque dolus.

Conf. ipsius Lauterbachii *Poëmata*, Tractat. de *Armis & Literis*, de *Bonis Ecclesiasticis*, de *Bello contra Turcas*, de *Seçta Mahometica*, de *Principe Christiano*, cum Præfationibus. Adde *Weissium* l. c. p. 24. sq.

Samuel LEDELIVS, Diaconus Soraviensis:

Vulneribus Christi semper mea vulnera jungo:
Inde queo cunctis fortior esse malis. f)

f) Vide *Magni Chronicon Soraviense* p. 250.

Abel LEHMANNVS, Pastor Reinswaldensis: *Denen, die Gott lieben, dienen alle Dinge zum besten; g)*

g) Rom. 8. v. 28. Vide *Ejusdem Litteratos Soravienses* p. 66.

Georgius LEHMANNVS, SS. Theol. D. & Prof. Publ. nec non ad D. Nicolai Pastor & Superintendens Lipsiensis: *Dominus cogitabit de me. h)*

h) Ex Psal. LX. v. ult.

M. Fridericus LEIBNÜTZIVS, Prof. Publ. Lipsiensis: *O daß mein Leben deine Rechte mit ganzem Ernst hielte! i)*

i) Ex Psal. LXIX. v. 5.

Godofredus Guilielmus L. B. a LEIBNITZ, S. C. M. Confil. Aul. Imperialis nec non Borussia Magnæque Britannia Regum & Rufforum Monarchæ Confiliarius Justitiæ intimus, Regiæque Scientiarum Societatis, quæ Berolini floret, Præses: *Pars Vita, quoties perditur hora, perit. k)*

k) Hinc in studiis totus erat, ut noctu etiam, ubi insomnis agebat,posito ad lectum lychno doctas evolveret chartas. Matrimonium ideo etiam nunquam contraxit, ut eo commodius castissimo Musarum consortio vacare posset. Pluribus de eo vide *Grundmanni ossa & Cineres A. 1716. defunctorum* p. 16. sqq. Ego nihil hic addo, præter quod loculo immortalis memoriæ Viro inter alia inscriptum fuit: *CINERI MANEBIT HONOS.*

CONRADVS LEIVS, P. L. C. *Schlecht und Recht. l)*

l) Vide *Artomedis Poëmata Lit. N. n.* col. 1.

Achilles

Achilles Daniel LEOPOLDVS, ICTus Lubecensis: *Nemo Scit quantum nesciat.*

Valentinus LEVCHTIVS, SS. Theol. D. Proton. Apost. Comes Palat. Cæf., Cantor & Concionator ad St. Bartholom. Mœno-Francofurti, S. C. M. & Dit. Fuldenf. Commiss. *Spe & Virtute.*

Hermannus LEYSNERVS, ICTus: *Pax si honesta & justa sit, res est certe omnium pulcherrima atque optima; Nihil tamen est faciendum injuste, aut patiendum turpiter, ut pace frui valeamus.*

Christophorus LICHTNERVS, Pastor Primarius Gorlicensis: *Aliis præluendo extingvor.* m)

m) Vide *Funccii Lebens-Geschichte der Görlitzischen Geistlichkeit.* p. 30.

M. Michaël LIEFMANN, Budissinæ Ecclesiæ & Schol. Evangel. Pastor Primarius & Inspector: *Mors Mibi Lucrum. Messias Mein Leben.* n)

n) Evolve *Hansî Sched. de Theologis Macrobiis Lufatis* p. 75. Ex quo sequentia de hoc annoto: Obiit A. 1702. æt. 83. cum in Vineâ Domini integros 52. laborasset annos. In re medica non spernendos fecit profectus, inque Polonia, ubi fere trium annorum Pastor fuit, pluribus quam bis mille ægrotis (inter quos Barones, Prælati &c) medicis consiliis succurrit, mercede vel nunquam vel raro admodum admissa.

Tobias LINDNERVS, a Grönaich, Senator Uratislaviensis: *Fide cui vide.* o)

o) *Frenzelius P. I. Poëmatum* p. 107.

Justus LIPSIVS, J. U. D. Historiarum Professor in Academia Leydensi & Historiographus Regius Philippi II. Reg. Hispaniarum: *Moribus Antiquis.* p)

p) *Moribus Antiquis res stat Romana Virisque, est Carmen Ennii.* Wynandus vero Joannes, minister Elburgensis, in nomen *Lipstii* ejusque *Symbolum* sic lusit:

LIPSIVS antiquam si quærat religionem

MORIBVS ANTIQVIS jungere, JVSTVS erit.

Samuel Naranus autem in *Poëmatibus* suis Lit. f. 3. col. 2. in *Wynandi* Epigramma sic:

Qui * Cerecem venerabatur pro numine, nonne Antiquæ cultor religionis erat?

* *DEum Cerealem Pontificiorum.*

Confer

Confer *Balhini Examen Melissæum* p. 197. Optime *Lipsius de Constantia*, ut Philosophum decet, scripsit, religionem autem quod attinet, animi fuit minus constantis ac arundine mobilioris, modo enim sese *Lutheranum*, modo *Calvinianum*, modo *Pontificium* professus est, quod *Andr. Beierus* in *Syllabo Rector. & Professor. Jenens.* p. 989. ita canit:

- - - Fertur religione triceps,
Jenæ LUTHERI: Lugduni, credite, CALVI:
Lovani simulat dogmata cuncta Papa.

Constantissime tamen Romanæ Ecclesiæ adhæsit. Id quod apparet ex *Penna argentea & Toga optima* quam Divæ virgini Matri Mariæ dedicavit.

M. Daniel LIPSTORPIVS, Ordinis sacri apud Lubecenses Senior: *Jesum meum teneo.* q)

q) Vide *Gætzii Elogia Theologor. quorundam Germ.* p. 547. & *Hilmeri* *GD t. gewürdigte Lob- & C.* p. 104.

M. Michaël LISTIVS, Scholæ Altenb. Con-Rector: *Mors Mihi Lucrum.* r)

r) *Ludovici* in *Historia Scholarum P. IV.* p. 253.

Jacobus LOEFFLERVS, J.U.D. & Wirtembergiæ Ducum Consiliarius intimus & Cancellarius: *Ego jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo, reposita est mihi corona Justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, Justus Judex: non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt adventum ejus, ex 2. Tim. IV, 6. 7. 8.* s)

s) Vide *Fischlini Vitis Cancellariorum & Pro-Cancellariorum Ducatus Wirtembergici* p. 30.

M. Martinus LOESCHERVS, Pastor in Rabenstein prope Chemnicium: *Herr deine Gnade ist mein Trost.* t)

t) Ex *Psal. CIX. v. 21.* Vide *Gætzii Diptycha Exulum* p. 120.

Elisæus LOESCHIVS, Phil. & Med. D. Practicus Uratislavien- sis: *Jehova Sa us e cælis.* u)

u) Per Anagramma; *Evolve Calagii Octosticha Symbol. Medicor. Uratisl.*

Ignatius LOJOLA, Jesuitici Ordinis Patriarcha: w) *Omnia ad Majorem Dei gloriam!* x)

w) Uti a *Jacobo Masenio* Jesuita in *Speculo Imag. Veritatis occultæ* c. 55. n. 19. p. 671. vocatur.

x) Vid. *Fer. Drexelis Lib. I. c. 4. §. 2. de recta Intentione.*

Ada-

Adamus LONICERVS, Medicus Germanus: *Ab omni quidem arte aliena res est dilatio: Verum maxime a medicina, in qua dilatio est anima periculum.*

M. Jacobus LOSSIVS, Pastor & Superintendens Bornensis: *Susceptor Meus DEus Jacob. y)*

y) Ex Pl. 46. v. 12. Adi Lucii Biographiam Ephorum Bornensium p. 89:

Jacobus LOTHARDVS: *Pietas ad omnia est utilis, habens Promissionem hujus & futurae Vitae.*

Petrus LOTICHIVS, Secundus, Medicinae Doctor & Professor in Academia Heidelbergensi: *Simpliciter, sine strepitu. z)*

z) Secundus dictus fuit, ad differentiam Patru sui, Petri Lotichii, Abbatis Solitariensis, qui, Lutheri doctrinam amplexus, Cœnobium suum Evangelicum fecit. Vid. Joh. Hagium in Vita Lotichii, Poematibus ejus adjuncta, p. 412. Conf. Carmen Melanchtonis p. 67. Epigr. Solitaria germanice Schlichtern (dicta a solitudine, vom Schleichen und heimlichen Ort, a Carolo Magno, ut esset scilicet DEO & Musis sacer recessus, ad proferendam excolendamque territorii illius congenitam bonitatem. Vid. Hagium cit. p. 409. Cont. Wilkii Tr. de Festis Christianorum Oecumenicis p. 16.) locus anœnus, intra Gelnhusam ac Diocesin Fuldensem, in Comitatu Hunoviensi, situs, Lotichii patria fuit. Et quia habuit parentes ruricolos, *ruris amator per omnem Vitam Lotichius mansit, scripsitque:*

Ruris Amatores Vates sumus &c.

Et iterum:

O dulcissima solitudo ruris! &c.

Huc & Symbolo suo respexit, SIMPLICITER (scilicet vivere cupio) SINE STREPITV, de quo venustum hoc existat Epigramma:

SIMPLICITER VIVENS STREPITV SINE, perbene vivit:

SIMPLICITAS vitæ Musica castra juvat.

Causidicus strepitum colat, & Mercator: Apollo

In studio strepitum non finit esse suo.

Joh. Hagius, celebris Medicus & Poeta, Lotichiique Pylades in ipsius vita p. 436. Sequenti discursu elegantissimo, hujus sui Orestis Symbolum illustrat: *Cum Poëtae arcana vi quadam Naturæ, vel potius Numine quodam excitentur ad omnem naturæ rerum pulchritudinem, excellentiamque sermone proprio describendam, ac quam proxime representandam: Quid mirum, Poetas libenter, relictis hominum cœtibus, urbano-*

urbanoque STREPITV, sectari & adamare ruris remotiores recessus; solitudinum quærere silentia, ac habitare libenter propter muscosos liquidos fontes, lene strepentes aquas & rivos, amnium perennes cursus, lacus vivos, dulce recubare sub tegmine fagi, sub nemorum umbris, moras facere libenter specubus in cavatis, & antris frigidis opacis, juxta volucrum habitare vagos Lapsus & cantus, vitamque adeo agrestium & pecudum pastus, quasi in innocuo patentique aere, ac naturæ ipsiusmet veluti conspectu & gremio. Hic scilicet curis molestiisque soluti & vacui, libere trabunt cæli salubrioris haustus, divinosque bibunt spiritus. Unde ad carmen fundendum incitati faciles ac quasi entusiasmo rapti impelluntur, in hac rustica nativa quasi libertate ac SIMPLICITATE innoxia immorantes &c. Huc usque Hagijs. Spectant huc commode optimi Versus, quos Andreas Dudithius, trium Imperatorum Consiliarius & O. ator in deliciis habuit:

Dic mihi, quæ ruris sit magnificentia mensæ?

Convictor bos est, compotor gallus & anser.

Die etiam, Urbanæ quæ magnificentia mensæ?

Convictor lupus est, compotor pardus & ursus.

Dic mihi, quos malles socios tibi jungere mensæ?

Hi mactant alios, tandem mactantur at illi.

Durior est ruri victus, sed tutior idem.

Urbe solent magnis misceri lauta periculis.

Qui sapit hic modica contentus sorte quiescit,

Et latet in tacita recte sibi conscius umbra.

Vid. *Weissius* l. c. Præter cætera vero vitæ fata militiæ Incommoda quoque experius est. Cum enim aliquando Melanchtoni (cui Wittebergæ unice adhæsit) Magdeburgum profecto comitem se adjunxisset, ibique tum temporis omnia armis perstreperent, juvenili ferocia exultans militiæ nomen dedit; Vid. *Hagijs* l. c. p. 355. Cæterum quomodo *Lotichius* noster in carmine quodam flebile illud & miserandum Parthenopoleos excidium longe ante prædixerit, eoque nomine inter Poetas Prophetas referendus sit, hoc loco pluribus enarrare atque disquirere nostri non est instituti, præsertim cum otium nobis hæc in parte fecerit *Seb. Kortholtus* in peculiari Disputatione: *Utrum Petr. Lotichius Secundus Obsidionem Urbis Magdeburgensis prædixerit.*

Sibrandus LVBBERTVS, Professor Theologiæ Franque-
ranus; *Prompte & Sincere.*

Stanis-

Stanislaus de LVBENIETZ, Nobilis Polonus: *Stando lubentius Moriar.*

Joachimus LVDOVICI, Illustr. Aulæ Ligio-Bregensi a Libellis: *Gott hilfft, Gott hat geholffen, Gott wird helfen.*

Laurentius LVDOVICVS, P. L. & Reipubl, Lignicensis Advocatus Ordinarius: *Fidus est.* aa)

aa) *Latochius* l. c. p. 43. & *Cunradi* L. IV. Epigr. Lit. C. 3. col. 2.

Valentinus LVDOVICVS, Scholæ Ducalis Lignicensis Collega, Poeta & Notarius Publicus Cæsareus: *Jesus meus Jehova.* bb)

bb) *Calagius* L. V. Epigr. p. 184.

Raymundus LVLLIVS, Hispanus, Theologus, Medicus ac Philosophus, alias Eremita: *Lux mea est ipse Dominus.* cc)

cc) Vocatura nonnullis *Doctor illuminatus*, floruitque A. C. 1311, & 108. libros, si fides habenda *Carolo Bouillo*, scripsit.

Gabriel LVTHERVS, J. U. L. & Sereniss. Marchionum Brandenb. Lineæ Culmbacensis in Regimine & Judicio Aulico Bayruthi Consiliarius: *Gratis Labor Sanguine Servatoris.* dd)

dd) Natus Poscaviæ in Silesiæ Ducatu Suidnicensi d. 6. Sept. A. 1612. Denatus beate Bayruthi Francorum d. 14. April. A. 1672.

Johannes Martinus LVTHERVS, Theandri Pro nepos, Hæreditarius in Hochburg, Electori Saxonæ in Præfulatu Misnensi a Consiliis, Capituli Cizensis Decanus, & Canonicus Misnensis atque Wurzenfis: *Jesum Meum Liberatorem Cupio.*

Martinus LVTHERVS, Theologus Wittebergensis:

*Der Christen Herz auf Rosen geht,
Wenns mitten unterm Creuze steht.* ee)

ee) Hic Theologorum Phosphorus doctrinæque purioris restaurator, divino Reformationis opere totum ferme mundum in se concitavit, sed adversa tamen omnia hilari magis quam tristi animo excepit, exceptaque cum DEO feliciter superavit ac triumphavit. Cujus suæ fortunæ haud immemor, suis insignibus *Rosam*, cui *Cor*, cruce transfixum, fuit insertum, cum supra posito Symbolo germanico, gerere ac usurpare consuevit, quod Schola *Neandrina* rythmis græco-latinis *ἔκ ἀτέχνους* feliciter expressit;

Κῆρ Εὐσεβῆς Φέρετ', ἐν ῥοδοῖς,

κακοῖς ἐνεστὶν εἰ μέσοις.

Cor Christiani inambulat

Rosis, cruce sub licet gemat.

D. Joh. Major, Joachimico-Vallensis, Poëta olim ac Prof. Witteberg.
ita explicavit :

Perfeci in spinis florens, quo credula corda

A cruce penderent, optime Christe, tua.

Vid. Orat. Conradi Porta de B. Luthero circa finem. Alius quidam
ἀδελος apud Melch. Adami in Vitis Theologorum Germ. p. m. 170. sic :

Cruce, conjuncta Rosa, mens est invicta Luthero :

Latitiam notat hac : illa jugum Domini.

Adamus Cuslevius Lib. 1. Carm. Selectiorum hoc modo :

Absurdum est, inquit ratio, cor inesse rosæto,

Cum crucis in medio pondere nescit opem.

Sancta fides regerit : Qui Christo cor dedit, illi

Fellea cruce Rosa fit mellea, plena boni.

Confer Weissium l. c. p. 1. sq. Mentzium in Syntagmate Epitaphiorum
L. 1. p. 71. sqq. Schofferum in Poëmatibus Lit. n. 3. col. 2. Alii vero
alia Theandro adscribunt symbola. Geislerus hoc habet : *VIVIT.* (scil.
Christus.) Confer Manlii *Collectanea Locorum Communium* p. 420. Ubi
sic : *Vivit, scilicet Christus. Si non viveret, vellem me non unam ho-*
ram vivere, & hæc literæ habent Mystrium, quod Lutherus explicare
noluit. Crenius e contra l. c. P. XI. p. 128. sequentem in modum scribit :
D. Martinus Lutherus dictum Apostoli Rom. 1, 17. Gal. III, 11. Hebr. X,
38. *Justus ex fide vivet, per omnem vitam dilexit potissimum teste*
Matthesio in Histor. Lutheri Conc. IV. p. m. 31. b. Ipse D. Martinus in
Epistola Coburgo ad Ludov. Senfftelium scripta, ut idem Matthesius
Conc. XIV. p. m. 173. a. refert, se a pueris dilexisse, inquit, nonum quarti
Psalmi Comma : In Pace in id ipsum dormiam & requiescam.

Johannes Petrus LVTZ, Consiliarius & Camerarius Bran-
denburgicus : *In omni statione invenias Rosas paucas, multas spinas.*
Iste dum unguunt, hæc graviter pungunt.

Conradus LYCOSTHENES, Theologus & Philologus Ce-
lebris : *Virtutum Regina Pietas.* ff)

ff) *Krügerus l. c. p. 68. b.*

Polycarpus LYSERVS, *Studio non pigri.* gg)

gg) *Rom. XII,*

Wil.

Wilhelmus LYSERVS, SS. Theol. D. ac Prof. Publ. Wittebergæ: *Ut vincas, disce pati.* Item: *Ut vivas, disce mori.*

M.

Andreas MACKIVS, Med. D. & Archiater Rudolstadtio-Schwartzburgicus: *Auxilium Meum A Domino.* a)

a) Psa. CXXI.

Johannes Guilielmus MAGEN, J. U. D. & in Judicio Provinc. Lusatia Infer. Assessor: *Suum cuique decus Posteritas rependet.*

Johannes MACCOVIVS, SS. Theol. Doctor ejusdemque facultatis Professor Franequeranus: *Παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι.* b)

b) Rom. IV. v. 18.

Antonius MAGLIABECHIVS, Florentinus, Cosmi III. Magni Hetruria Ducis Bibliothecarum Laurentianæ ac Palatinæ Præfectus: *Scire nostrum Reminisci.* c)

c) Vid. *Miscellanea Lipsiensia* T. IV. p. 207. Hunc Virum incredibilis industria ex aurifabro Bibliopolam, ex Bibliopola Polyhistorem fecerat consummatissimum. Præterea vita ejus vere Literaria fuit & prorsus Philosophica. Nam omnem corporis cultum, vestiumque elegantiam negligere videbatur. Parcius cibare & pauciores somno horulas tribuere solebat, ut eo plures, easque aptiores studiis suis reservaret. Non molli strato, sed ipsis libris suis (quibus quasi circumvallatus in Musæo latebat) suaviter insidere, imo incubare dormituriens consueverat. Peregrinis ipsum in Musæo invisentibus pariter non sellis, sed crassioribus librorum voluminibus incumbendum erat. Quando ipsi Clariss. Virorum Literæ afferebantur, sæpe osculo illas venerari prius, quam vincula eorum solvere malebat. Nimio Pulveris errhini (Schnupff-Toback) usu, more multis consueto, abuti videbatur; Hinc Magnus Dux Hetruria provida tandem cura civibus suis interdixit, ne hujus quicquam Magliabechio vel venderent, vel donarent. Sed facilis hæc era iactura, dum perëgre adventantes has ipsi delicias largissime propinabant. Confer *Anonymi Reise-Beschreibung von ganz Italien* P. I. p. 100.

M. Johannes Samuel MAGNVS, Soraviensis Lusatius, SS. Theol. Studiosus & Ministerii Candidatus:

Jesum Soll Meine Seele Lieben.

○ 3

Item:

Item:

*Jesus Suo Me Sanguine Liberavit. d)*d) Confer *Ejus* Præfat. ad Chronicon Soraviense circa finem & *Jo. Adami Teuberi* Orationem funebrem, quæ Chronico annexa est Soraviensi.

Johannes MAGNVS, Forstensis Lusatus, Jo. Samuelis Pater, Pastor Albrechtsdorffensis & Mildenaviensis:

Jesús Mein Fürsprecher Lebet.

Matth. I, 21. Joh. XX, 28. 1. Joh. II, 1. Job. XIX, 25.

*Jesu Meo Favente Laboro. e)*e) *Evolve Ejusdem* Literatos Soravienses p. 60.M. Elias MAJOR, Uratislaviensis, Gymnasii ad Divæ Elisabethæ, quod est Uratislaviæ, Rector: *Micat Ex Malis Virtus. f)*f) Vide *Ludovici Schul-Historie* P. V. p. 9.Johannes MAJOR, SS. Theol. D. & Professor Wittebergen-
sis: *Nosse DEVM & bene posse mori (sapientia summa est. g)*g) *Krügerus* l. c. p. 162. a. Celebris fuit Poëta felixque Virgilio Imitator. *Synodus ejus Avium*, in qua satyricè misera Ecclesiæ facies depingitur, falso adscribitur D. Georgio Majori a *Ludovico in Historia Scholarum* P. IV. p. 97. Legitur vero hæc Synodus sive Commentatio in *Jo. Majoris Operibus Poëticis* P. I. Lit. t. 2. col. 2. cum Commentario vero in *Struvii Actis Literariis ex MStis erutis*. Cæterum fragilitatis humanæ memor paulo ante obitum suum ipse sibi vivus tale composuit Epitaphium:

Conditur, hæc parva, JOHANNES MAJOR, in Urna,

Vates, Christe, tuus, Præco, Philippe, tuus.

Nam Deus & Virtus fuit illi carmen, & omnes

Spes in te posuit, Christe benigne, suas.

Hinc mortem somnum & finem putat esse malorum:

Nam per te culpæ facta litura suæ est.

Commendat moriens sobolem tibi, Christe, relictam,

Vitis ut hæc facias palmitis esse loco.

Placide vero diem suum obiit A. 1600. d. 16. Martij servestæ ætatis suæ 67. Sepultus autem die 18. Martij in novo cœmeterio D. Bartholomæi:

Dormit, in hac, notus carmine MAJOR, humo.

Johannes Henricus MAJVS, SS. Theol. D. & Prof. Giffensis:

Διὰ δύο Φημίας καὶ εὐφημίας h)

h) 2. Cor. VI, v. 8.

Johan.

Johannes MALDERVS, Episcopus Antverpiensis: *Malo de re.* i)

i) *Sweertius* in *Monimentis Brabantiae* p. 17.

M. Georgius MANLIVS, Scholæ apud Suebusienses Rector: *Nil sine DEO.* k)

k) *Jenckius* l. c. *Thim.* III. n. 10.

Johannes MARBACHIVS, SS. Theol. D. Pastor & Professor Argentoratensis:

*Fide DEO, perferque malum patienter & ora,
Dispeream si non per mala victor eris.* l)

l) *Kriigerus* l. c. p. 162. a.

Theodorus MARCILIVS, Professor Regius Oratoriæ Parisiensis: *Deficiam aut Efficiam.* m)

m) *Königius* in *Bibl.* V. & N. p. 507.

Paulus MARCVS, Suidnicensis Silesius, Scholæ Jauranæ Collega: *Fide DEO; Invida est Sors malefidus Homo.* n)

n) Vide *Ejus Disticha sacra in Evangelia Anniversaria* Lit. b. 7. col. 2. ubi ipse in illud sic lusit:

*Est malefidus homo, sors est invida, fideli,
Si sapias, æternum fidere disce DEO.*

Petrus MARCVS, Suidnicensis Silesius, Phrontisterii Leobschuciensis Rector: *Piorum Memoria Sempiterna.* o)

o) *Aleutnerus* Cent. XI. Epigr. *Miscellor.* Lit. c. 5. col. 2.

Philippus MARNIXIVS, Sancto-Aldegondius, Vir nobilis, Politicus pariter & Theologus: *Repos Ailleurs.* p)

p) In hoc Viro genus cum ingenio, ingenium cum eruditione, eruditio cum virtute, virtus cum industria certarunt: Cyneas in dicendo pro patria: Tyrtæus in hortando. *Baudius in Funerib.* sic de eo canit:

Tres præter omnes nobili fama Viros
Cultu *Philippos* prosecutus sum meo.
Te cœlitis *Mornæ* felicem stili,
Te clare *Sydnei*, quem diurnare haud tulit
Virtus in orbe, fas ubi versum ac nefas,
Terris ademit debitum cœlo decus.
Te, magne MARNIX, providens Vir & graves
Perpesse curas patriæ rebus super;

Cui

Cui plura debent administri Belgicæ,
 Quam vel Camillo Roma, vel Themistocli
 Gens Atticorum, sed pari modo lucra
 Damnis rependunt, & malo mutant bonos.

Auctor est *Alvearii Romani* teste *Weidnero* Apophthegm. P. IV. p. 67. Ubi præter vitam auctoris, etiam iudicium de hoc scripto, & excerpta ejusdem aliqua exhibet. Dedicavit vero saltem hoc scriptum *Francisco Sonnio*, primo Sylvæducenti Episcopo, Hispanæque inquisitionis haud infimo. Editum fuit A. 1571. quo tempore crudelissime in Viscera Belgica sæviebat Albanus, & plus rei belgicæ illa tempestate in religionis negotio profuit, quam eruditi aliquot Commentarii; Vid. *Adami Vitas Jctorum* p. m. 336.

Clemens MAROTVS, Poëta Gallus: *La Mort ny mord.* q)

q) Si literæ huic adfuissent, vix ullus erat Poëta futurus melior. Hoc certe Gallicæ præstitit, quod, cum illius tempore scriptores sermone uterentur tam impuro, ut non intelligi possent, primus in meliorem apte & dilucide loquendi viam ingressus sit; Vide *Scævola Sammarthani Elogia*. Vertit primum *Metamorphoseon Ovidii* librum elegantissime, & ex *Tibullo*, *Propertio*, *Nasone* quædam transtulit in suas elegias; Nam licet linguæ latinæ non adeo magnum haberet usum, ex doctorum hominum consuetudine tamen multum proficiebat, nec erat fere quicquam in Poëtarum libris, quod ipsum fugeret. Postremis annis Venam suam Poëticam ad sacras conferebat literas ejusque consilii erat, rythmo Gallico Psalterium omne Davidis exprimere, sed morbo sublatu 50. tantum absolvit Psalmos, qui nunc extant; *Schleidanus Lib. 15. Comm. de statu Relig. & Reip.*

Gregorius MARTINI, Scholæ Svebusiensis Con-Rector:

Gratia Mortem Superat. r)

r) Vid. *Jenckius* l. c. Thim. III. n. 14. Ubi illum per errorem *Georgium* vocat.

Jacobus MARTINI, Theol. D. Ejusdemque Facult. Professor Prim. Senior & Templi Cathedral. Præpos. Witteb. *Deus Lux Mea.* s)

Item: *Apud Sapientes non est auctoritatis locus sed rationis.*

s) Pſal. XXVII. Mich. VII. v. 8.

Matthias MARTINIVS, Rector & Professor Gymnasii Bremensis: *Idem est Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum.* t)

t) Rom. X. v. 12.

Gerhar-

Gerhardus von MASTRICH, Syndicus Bremensis:
 Σωφρόνως καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς. u) Item: Ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασι-
 λείαν τῆς Θεῆς, κ.τ.λ. w)

u) Tit. II. v. 12. vv) Matth. VI. v. 33.

Petrus van MASTRICH, SS. Theol. D. & Professor Ultra-
 jectinus: Ὅταν ἀδθενῶ; τότε δυνατός εἰμι.

M. Johannes MATHESIVS, Pastor in Valle Joachimica:
 Σπεῦδε βραδείως. Gyle mit Weile. x)

x) Cum in omni Vita Mathesius προπελείας vitium studiose vitaverit, in-
 signia, ad hunc scopum collimantia, prudenter sibi elegit, videlicet
Pegasus, concha insidentem, addita sententia symbolica: Σπεῦδε βρα-
 δείως, hoc est, *Festina lente*, Gyle mit Weile. Nescio quis J. G. D.
 cujus versiculi non incomposui insignibus Mathesii, in fine Concionum
 ipsius de Diluvio, A. 1605. Lipsiæ edit. subjecti sunt, mentem usurpan-
 tis ita explicare conatus est:

Pegasus a facie festinat, concha volantem

Detinet a tergo; nullipes en bipedem.

Quid monstri hoc? Animus si sumit & induit alas,

Atque pedes; fixæ est mens rationis ἀπὸς.

Conf. *Weissium* l. c. p. 4. & *Seyfarti* Christ- Erbauliche Pieder = Ergötz-
 lichkeiten p. 315.

Christianus MATTHIAS, Dithmarsus, Theol. D. primum
 in Acad. Altorfina, postea Sorana Prof. Publicus: *In Christum spe-
 rabo, dum spirabo.*

Johannes MAVKISCH, Theol. D. Gymnasii Gedanensis
 Rector & ad SS. Trinitatis ibidem Pastor: *Dulcis Jesu Memoria. Vel
 Dives Jehovæ Misericordia.*

Georgius MAY, J. U. D. Johannis Caspari Administratoris
 Prussiæ, & Equestris ordinis Teutonici per Germaniam &c. Magni
 Magistri &c. Consiliarius: *Spes in DEO semper florescit.*

Paulus MAYR, Episcopus Brixienis, symboli loco usurpavit
Sejurum cum lemmate: *Mansuete & serio.* y)

y) Memoriae id prodidit *Spenerus* Operis Herald. Part. Special. Lib. III.
 cap. 6. Ubi & tesseram huic Episcopo familiarem describit. Confer
Joach. Meieri Antiquitates Meierianas p. 154.

P

Fran-

Franciscus de MAYER, Electoris Bavarix Consiliarius intimus: *Tout par Amour.*

Johannes Fridericus MAYERVS, SS. Theol. D. & Professor Gryphiswaldensis Primarius, nec non Consiliarius Regius, Consistorii Regii Præses & Superintendens Generalis: *Jehova Fortitudo Mea.* z)

z) Ex Psal. XXXVIII. v. 7. Vide *Lisienthalii Selecta Historica & Literaria* P. II. p. 36.

Johannes Valentinus MAJERVS, Medicus & Archiater Brandenb. ut & Physicus Greilsheimensis: *Jesus Vita Mea.*

Johannes Ulricus MAYERVS, SS. Theol. D. & ad D. Thomæ Lipsiæ Pastor, Scholæque Inspector: *Jehova sustentat me.* aa)

aa) Ex Psal. III. v. 6. Vide *Gætzii Elogia Theologor. quorundam Germ.* p. 556.

Guilielmus a MECKBACH, Consiliarius Regis Daniæ & Cancellarius: *Pietate, Virtute, & Labore.* bb)

bb) *Frenzelius* P. I. Epigr. p. 211.

Adolphus a MEETKERKE, Brugensis, Equestris Ordinis Vir & summus Flandriæ Præses: ΦΙΛΟΙΣ ΕΧΘΡΟΙΣ Τ' ΑΔΕΛΦΟΣ.
ET AMICO PARITER ET HOSTI.

cc) Ufus vero est duabus dextris inter se junctis, quarum una armata est, altera inermis, quibus tertia e nube superveniens, duas priores complectitur, additis supra adductis verbis ad nomen *Adolphi* alludentibus. Cujus explicationem *Petrus ab Heila*, JCtus, nobis dedit talem:

Quid manus armata est? *Hostis.* Quidnam altera? *Amicus.*

Tertia? MEETKERKIVS, qui manum utramque capit.

Quid græcæ Voces? ET AMICO FRATER ET HOSTI.

Vocum harum Interpres *Vita Meekerke* tua est.

Evolve Chytræi Delicias Variorum Itinerum p. 597.

M. Sebastianus MEIERVS Rector Athenæi Lubecensis:

Ἐμὶ ἐγὼ πᾶσῶν μείων ἐυεργεσιῶν,

Ἄς ὄλω ἐν βίῳ, χεῖρὲ ἔδοκας ἐμοί. dd)

dd) *Ludovici Schul-Historie* P. V. p. 344.

Balthasar MEISNERVS, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Wittebergæ: *Beati MITES.* ee)

ee) *Matth. V. v. 5.* Lenitatem animi tantopere probavit, ut illas duas Servatoris

vatoris

vatoris voces, *Beati Mites*, quarum initiales Literæ nomen ejus quoque inchoant, pro Symbolo suo passim uteretur. *D. Georgius Weckerus in Programmate funebri:*

CHRISTUS *Beatos* esse prædicat *Mites*:
 Meisnerus hoc ipso usus, in fide & vita;
 Proin diu illum, vita in hacce mortali,
 (An morte vitali? esse noluit Christus,
 Ubi lisque visque regnat, in fide & vita:
 Sed ad *Beatorum* atque *Mitium* vitam
 Hinc evocavit, & beavit æternum.
 Salveto, *Mitis* ac *Beate* MEISNERE,
 MEISNERE *Mitis* ac *Beate* salveto,
 Inter *Beatos* Cœlitesque salveto.

D. Jo. Cunradus in ara exequiali, *D. Meisnero* *Uratislaviæ* posita A. 1626.
 Conf. *Weiffium* l. c. p. 12.

Godofredus MEISNERVS, *Stolbergenfis* *Misnicus*, *Juris*
Practicus in *Patria*: *Gratis me salvat Mediator* *JEsus*. ff)

ff) Vid. *Neumanni* *Stolbergam* *Literatam* p. 11, Ubi & illi sequens posuit
 Epitaphium:

Was man sonst Sprüchworts-weiß hört sagen von Juristen,
 Daß sie bey ihrem Ambt gar selten gute Christen;
 Das traff bey diesem Mann, der hier ruht, ganz nicht ein/
 Weil Er ein Ausbund kunt von guten Christen seyn.

Johannes MEISNERVS, SS. *Theol. D.* Professor & *Faculta-*
tis Theologicæ Senior, *Præpositus* & *Consistorii Assessor* *Witteber-*
gensis: *Serimus Arbores Posteritati profuturas.*

Conradus MELLIVS, *Ecclesiarum Principatus Hersfeldensis*
Inspector ac *Gymnasii Illustris Rector*: בעצתך תנהני ואחר כבוד
 תקחני Ps. LXXIII, 24. gg)

gg) *Ludovici Schul-Historie* P. V. p. 61.

Philippus MELANCHTHON, *Communis Germaniæ Præce-*
ptor: *Si Deus pro nobis; quis contra nos?* hh)

hh) Vide *Mylii* *Apophthegmata Morientium* p. m. 142. Aliis quoque
 dictis illum summopere delectatum fuisse refert *Crenius* l. c. P. IX.
 p. 142. & P. XI. p. 128. sq. Conf. *Schlegelii* *Biblia* in *Nummis* p. 76.

Paulus MELISSVS, P. L. C. & *Bibliothecarius* *Heidelber-*
gensis: *Manet immutabile fatum.* ii)

ii) *Aleutnerus* l. c. p. 257.

Adamus MELTSEVS, Parochus in Obsendorff & Buchwald, Vir Clarissimus & doctissimus, Auctor acerbissimi scripti in Reformatos: *Der Calvinische Wallbruder: Spe & Fide.* kk)

kk) *Grossius* in Syderibus Lusatiae MStis. *Aleutnerus* l. c. p. 131. & 175.

Ægidius MENAGIVS, Galliae superioris Seculi eruditissimus & acutissimus:

Τὸν Φιλέοντα Φιλῶ, μισῶντα περ' αἰνέσον αἰνῶ
Πᾶσι βοηθὸς εἶν, μηδένα σινόμενος. ll)

ll) Scripsit hic præcox Eruditus inter alia quam plurima quoque *Syntagma de Mulieribus Philosophicis*, & dedicavit hoc doctissimæ feminae *Annæ Daceriæ*, ad exemplum *D. Laërtii*; qui feminae pariter Vitas suas Philosophorum consecraverat. Als man einmahls in Sirmondi Gegenwart fragte, wie oft man trincken dürffte, so machte Menagius ex tempore folgende Verse:

Si bene commemini, causæ sunt quinque bibendi,
Hospitis adventus, præsens sitis atque futura,
Et vini bonitas, & quælibet altera causa.

Arnoldus MENGERING, SS. Theol. D. & Superintendens Halæ Saxonum *F. V. P. M. C. A.* Id est: *Fiat Voluntas Patris Mei Cælestis Amen.*

Bathasar MENTZERVS, SS. Theol. D. & in Academia Gissenfi ac Marpurgensi Professor Publicus: τ' ἀνώτερα καλλίον· μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γαίης, τὰ δ' ἄνω ζητεῖν φρονεῖτε. Coloss. III. 1. 2.

*Mens sursum spectata, terrenaque despice cuncta,
Sursum est quod solum rite beare potest.*

Andreas MERCKIVS, SS. Theol. D. & Superintendens Halensis: Πιστὸς ὁ Θεός. Gott ist getreu. mm)

mm) 1. Cor. X. v. 13. Symbolum hoc socii sui piissimi Celeberrimus Dn. *D. Joh. Olearius*, Archi-Episcopalis aulae in Salinis Saxonis concionator olim supremus, elegantissimis hisce ac devotissimis versibus germanicis illustravit:

Drückt dich hier Untreu, Hohn und Spott,
So bleibt dein Trost der Treue Gott:
Laß Untreu immer werden neu,
GOTT läßt dich nicht, Er ist getreu.

Wer

Wer GOTT getreu, hier redlich lebt,
 Verlachts, wenn Untreu oben schwebt;
 Denn sein Trost wird ihm immer neu:
 Gott läßt dich nicht, Er ist getreu.

Weg / Untreu, ich dien meinem Gott,
 Was acht ich Untreu / Hohn und Spott?
 Mein Trost bleibt alle Morgen neu:
 Gott läßt mich nicht, Gott ist getreu.

Vide *Cantionale Magnum Lipsiense*, sub titulo: ταμείον veterum & novarum Christianarum Cantionum, pag. 625. In Exequiis quoque ipsius verba Symboli Merckiani ex 1. Cor. X. v. 13. *Deus est fidelis* exposuit D. Gottfredus Olearius, ad D. Ulrici Pastor, teste Gætzio in *Elogiis Germanor. quorundam Theologor.* p. 170.

Paulus MERVLA, Jctus & in Historica Professione Lugduni Batavorum Lipsii successor: *Vincenti Laurus.*

P. MESTREZATIVS:

Ὁὐ ἔχομεν ὧδε μένεσσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητήσμεν. Hebr. XIII, v. 14.

Laurentius METSIVS, Episcopus Sylvæducensis: *Tempora Nationum Implentur.* nn)

nn) *Sweertius* in *Monimentis Brabantiae* p. 18.

Joannes MEVRSIVS, Jur. D. & Historiar. Græcæque Linguae Lugduni Batavorum Professor Publicus: *Æternitatem cogita.* oo)

oo) Aurea sane Vox, qua sicut veræ felicitatis continetur summa, ita singularis pietas elucescit egregie, cujus beneficio, æternitatem semper cogitavit atque spiravit Meursius ὁ πᾶν, sed genuinam illam & veram quæ in cælis obtinetur, quæ bono cuique ac probo Athletæ Christiano a DEO confertur quæquæ solidiori longe innixa est fundamento quam perituræ aliquando chartæ aut nomini inter homines obliterando; Vide *Caroli Arndii Bibliothecam Politico-Heraldicam* p. 135. Interpretem hujus Symboli vero agit egregium *Florentinus Schoonhovius, Goudanus* in *Poëmatibus* p. 78. sq. quem audiamus:

Quicumque sese præ reliquis studet
 Præstare brutis, quique suum cupit
 Ortum videri de supremo
 Ducere Cælituum recessu;

Nitatur usque, ne male transeat
 Oblivioso Vita silentio,
 Et dia mens brutescat intus
 Carcere corporeo sepulta.
 Nil turpius, nil est sene vilius
 Qui, præter annos, & capitis nives,
 Monstrare non potest peractæ
 Ulla suæ monumenta vitæ.
 Hoc præcavens mens provida Muerfii,
 (Præses Senatus qui Critici cluet)
 Æternitatis tentat Ædem
 Assiduo superare nisu.
 Dum promit alti pectoris indies
 Fœtus, gravisque delicias stili,
 Queis spirat, & spirabit usque
 Donec honos fuerit Camœnis.

Conf. Mollerii Hypomn. ad Bartholinum de scriptis Danorum p. 284.

Johannes Christianus MEYERVS, Jctus, Consiliarius Saxo-
 nicus & Reipublicæ Zittaviensis Prator: *Considerate, Constante.*

Johannes MIRÆVS, Episcopus Antverpiensis: *Futura Pro-
 spice.* pp)

pp) Sweertius in Monumentis Brabantiae p. 17. & 56.

Martinus MIRVS, SS. Theol. Doct. & Electoralis Aulae
 Dresdensis Concionator Primarius: *Si injuriam deposueris apud
 Deum, Ultor est: Si Damnum, Restitutor est: Si Dolorem, Medicus
 est: Si Mortem, Resuscitator est.* qq)

qq) Elegantissimum hoc Tertulliani dictum (vide Annotat. Beati Rhenani
 in Lib. Tertulliani de Patientia p. 25. & 134. Edit. Franeg. Conf. Cy-
 priani, Æmulatoris Tertuliani, ut Rhenano audit, librum de Bono Pa-
 tientiae.) D. Mirus in Ore & Calamo semper habuit, suisque & aliorum
 libris, quos *Philothecas* vocant, Symboli loco inscribere consuevit, uti
Weiffium l. c. p. 5. ἀνοψία docuit. In illius Epicediis ita istud optime
 explicatum legitur:

Deposita in mundo, crebro redduntur inique:
 Hic minuit, tarde reddit hic, ille negat.
 Hac ratione Deus miseros haud ludit amicos;
 Si quid ei credunt, servat, opemque facit.

Inju-

Injuste premeris? depone, Deoque relinque:
 Supplicium reddet hostibus ille tuis.
 Damna capis? depone DEO, precibusque fatiga
 Illum: restituet perdita cuncta tibi.
 Ager es, atque doles? Jovæ depone dolorem:
 Crede, medicas tibi afferet manus.
 Morte cadis? Vitam depone in vulnere JESU:
 Divina ex busto te revocabit ope.

Wilhelmus MISOCACVS, Bruxellensis, Medicinæ D. & Astronomus almæ Civitatis Gedanensis: *Fato Prudentia major.* rr)

rr) Vide *Prætorii Athenas Gedanenses* p. 38. Jo. Petrus Titius in Programmate quodam eum *famosi nominis Astrologum* nominat. Adhuc memorabili hac relatione, quod, cum in Urbe Gedanensi, ad portam, quæ a Carris dicta, (Karren-Thor) Propugnaculum excitaretur, *Misocacus* ille, astris subito consultis, ipsam annorum numerum (quatuor autem annos nominabat) quibus absolvere molem illam liceret, prædixerit, in suo ad Annum 1572. prognostico; cui augurio quoque eventus exacte respondit.

Jacobus MOESERVS, J. U. D. & Comitum Oetingani quondam Consiliarius frequentabat hoc Psalmi LXXIII, 25. *Quem in Cælo & in Terra præter te desiderarem?* ss)

ss) Memorante B. Eberhardo Herrenschildt in Concione funebri in exsequiis illius habita & Lavingæ A. 1596. in 4to edita p. m. 11.

Petrus a MOGKENDORFF, Uratislaviensis, Sac. Cæs. Maj. Consiliarius, Comes Palat. & S. R. I. Eques: *Proponit Maxima Virtus.*

Helena Sybilla MOLLERIN, ex Academicis recuperatis, gnata Wagenfeilii, Dan. Gvil. Molleri fida marita, foemina doctissima: *Ut fert divina voluntas.* tt)

tt) Vide *Lehmii Deutschlandes galante Poëtinnen* in Præfat. Lit. g. 6. col. 2.

Johannes Gottlieb MOLLERVS, SS. Theol. D. & Professor Gedanensis: *Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi JESUM Christum; & hunc crucifixum.* uu)

uu) 1. Corinth. II. v. 2. Vide *Pippingii Memor. Theologor.* p. 1414.

M. Martinus MOLLERVS, Pastor Primarius Gorlicensis: *Ipius in sacro vulnere sanctificor.*

Jaco-

Jacobus MONAVIVS, Patritius Uratislaviensis, & Principis Ligio-Bregensis Consiliarius: *Ipse faciet!* ww)

ww) *Symbolum hoc Monavianum variorum auctorum carminibus expressum & decoratum prodiit Gorlicii 1595. 8. Idem Symbolum versibus elegiacis aliquoties exposuit M. Huldricus Schoberus, additoque elogio Abr. Bucholzeri A. 1589. 4. edidit. Confer Aleutneri Epigrammata p. 146.*

Thomas MORVS, Cancellarius Angliæ:

*Scilicet ex illa qua primum nascimur hora,
Prærepunt juncto vitæque morsque pede.* xx)

xx) *Krügerus l. c. p. 238. b.*

Henricus MVHLPFORT, Uratislavia-Silesius, Philologus ac Poëta & Reipubl. Patriæ a Regeftis: *Hereditas Mea Vulnera Salvatoris.* yy)

yy) *Ipsi adhuc viventi Epitaphium hoc sane ridiculum posuit Hoffmannswaldavii manus:*

*Neun Wörter, und nicht mehr, soll dieses Grab-Mahl
haben:*

Hier unter diesem Stein liegt Sicht und Durst begraben.

Erasmus MVLLERVS in Lissa, Weigwitz &c. Patricius & Senator Uratislaviensis: *Et fortuna in Virtute, Virtus in fortuna est.* zz)

zz) *Frenzelius P. l. Epigr. p. 210,*

Heinricus MVLLERVS, SS. Theol. D. Rostochique Prof. Publ. & ad D. Mariæ Pastor:

Quanto amarior Mundus, tanto dulcior Jesus.

Als die Traurigen, aber allezeit fröhlich. aaa)

aaa) *2. Corinth. VI. v. 10. Confer Ejus Erqvick-Stunden p. m. 3.*

Jeremias MVLLERVS, Uratisl. Sil., Ecclesiæ patriæ ad D. Elisabethæ Archi-Diaconus & Senior: *Jesus Mea Unica Salus.* bbb)

bbb) *Calagius in Octostichis Symbol. Theologor. Uratisl.*

M. Johannes MVLLERVS, Archi-Diaconus Altenburgensis, usurpavit Palmam saxo molari pressam, cum Lemmate: *Premitur sed non opprimitur.* ccc)

ccc) *Consule Ludovici Schul-Historie P. IV. p. 227.*

Philippus MVLLERVS, Med. Licent. ac Mathem. Prof. Publ. Lipsiensis: *Ὁ Θεὸς αἰὲν ὑποστέγει.* Ex Platone. Item: *Auxilium meum a Domino, qui fecit cælum & terram;* Ps. CXX, 2.

Georgius

Georgius MVNDIVS a Rodach, ICTus, Comes Pal. Cæs. Vice-Cancellarius & Saxo-Coburgo-Isenacensis Confiliarius, intimus: *Ipse Faciet.*

Thomas MVNTZERS, Senatui Bregensi ab Officiis: *Tu* (scilicet Chrifte) *Mea Gloria Semper.* ddd)

ddd) *Jenckius* l. c. Thim. II. n. 5.

Andreas MVSCVLVS, SS. Theol. D. & Professor Francofurtanus:

*Fac pia Vota, piasque preces, pia Vita sequatur,
His gravis offensi flectitur Ira DEI.* eee)

eee) *Krügerus* l. c. p. 26. a. Er hatte zwey Söhne, Johannem, Prediger in der Rebusischen Vorstadt zu Franckfurth, der sich aber im Trunck übernahm, und weil er bey der Administration den Kelch vergossen, ins Exilium musste, und David, der, als er nach einem hölzern Vogel schießen, und solchen auff einen hohen Baum stecken wolte, herunter fiel und den Hals brach.

Cornelius MVSIVS, Delphus, Poëta & Theologus Clarissimus: *Non sine Fato.* Item: *Non sine Christo.* fff)

fff) *Vide Opneeri Historiam Martyrum Batavicornum* p. 77. sqq. *Misericordia hic perit, post varios enim cruciatus ac membrorum mutilationes patibulo erecto suspensus fuit.* Hinc *Joannes Bollius*, Lovaniensis Presbyter, carmine chronico utrumque ejus Symbolum lepide sic est complexus:

MVSIVS est fato heV fVnCTVS: Sed non sine fato:

QVI In Christo hic VIXIt, nVnC VIVIt non Sine Christo:

Conradus MVTIANVS, Rufus, Confiliarius Hassiacus & post Canonicus Gothanus, Musarum Patronus: *Ἐντιμον ἂ γαλάνα κτᾶμα παιδεύωσι* Item: *Beata Tranquillitas.* ggg)

ggg) Hic gente & mente nobilis ICTus, vale aulicæ Vitæ dicto, totum se quieti & studiosæ tranquillitati Gothæ dedit, contentus annuo reditu vix *Sexaginta aureorum*, relicto cognatis & affinibus toto patrimonio, nisi quod liberalitate Principum, præcipue Electorum Saxoniz, sæpe adjutus & sublevatus est, in re tenui Studiosorum Patronus & Hospes liberalis; *Vide Melch. Adami Vitas ICTorum German.* p. m. 9. & 27. Par Symbolorum Eruditorum frequentavit, quorum prius *Jochimus Camerarius* sequenti Epigrammate in Epicediis Mutianis illustravit.

Q

Ἄνδρα

Ἄνδράσι παιδευτῆις ἐνίμιον κτάμα γαλάνα,
 Παντός τε χρυσῶ Φέρτερον
 Νάμαθα πακτώλα χρυσόρροα, νέσφι γαλάνας,
 Τύχατι πᾶσ', ἀνώφελῆ.

Quod *Weiffius* l. c. p. 20. ita latine reddidit:

Thesaurus gravis & quovis præstantior auro est
 Doctis Viris tranquillitas.
 Flumina Pactoli, nihil, & fors aurea quævis,
 Tranquillitas si non adest.

Posterius vero, quod supra fores ædium, quas Mutianus Gothæ habuit satis eleganter, *nigris literis* pingi curavit, *M. Ricardus Crocus*, Britannus, primus græcæ Linguae in Academia Lipsiensi Professor, & Mutiani gratus Client, hisce Jambicis exposuit:

BEATA, qui, TRANQUILLITAS,
 Ruffi leges in Ostio,
 Piclam notis nigellulis,
 Dignam aureis, sententiam;
 Ne vellicaveris Virum,
 Nihil quod auri admiscuit.
 Pascendam enim mentem putat,
 Non blandiendum ocellulis,
 Vir, omnium jam calculis
 Bonus, piusque & integer.

Vide *Ricardi Croci* Tabulas græcæ Linguae, Lipsiæ A. 1516. excusas p. 69. Confer omnino *Bucolica Eobani Hessi* p. 24. sqq. Ubi integro Idyllio VIII. BEATAM TRANQUILLITATEM Mutiani celebrat; nec non *Ejusdem* Epicedia Illustr. Viror. Halæ Svevorum A. 1539. edit. p. 155. sqq.

M. Martinus MYLIVS, Gubernator Studiorum in Schola Gorlicensi: *Qui erudiunt multos, ut stelle fulgebunt.* hhh)

hhh) Hujus eruditissimi Philologi (Collectoris Operum Philippi Melanchthonis, editoris *Scriptorum Wittebergenfium*, & Autoris *Horti Philosophici*, aliorumq; utilissimorum libelloꝝ.) *Symbolum Danielticum*, *Salomon Frencelius*, Poëta nobilis & Professor Ethicus in Academia Julia, Epigr. P. I. p. 60. ita venuste explanavit:

Mens mea, quid trepidas, quod tot, quod tanta laborum
 Sunt devoranda tædia?

Quis dolor inflammat, quæ te indignatio torquet,
 Quod non sequantur præmia?

Tolle

Tolle oculos, Ratio tibi quos dedit hospita, cœlo;
 Et tu tuos, Caput, evêhe.
 En, velut æthereo scintillent lumina templo?
 Ut stella spargat maximum
 Parva Jubar; (per tot parvam intervalla locorum
 Sit nuncupare fas mihi)
 Quam nitidus splendor, quamque admiranda colorum
 Per tot facies discrimina!
 Sic quoque, qui erudiunt multos, tandem ætheris orbe
 Instar nitescent siderum.
 Et mea mens, trepides, si tanta est gloria merces?
 Valete, mundi stercora.

Confer Aleutneri Epigr. p. 98. Georgii Tileni Poëmata p. 603. &
 Calagii Epigr. p. 100.

N.

Adamus NASSOVIVS, Scholæ Svebusiensis Cantor:

In te Speyo DEus Satana mundoque furente:

Tu Spem confundi ne patiare meam. a)

a) Jenckius l. c. Thim. III. n. 15.

Caspar NÆVIVS, Facultatis Medicæ in Academia Lipsiensi
 Ordinarius: *In manibus tuis Sortes mea. Alles in seinen Hän-*
den. b)

b) Hujus Medici laudes vide apud D. Davidem Chytræum, Comment. in
Apocalypsin p. 393. sqq. Nec non in Præfatione libri, *de Morte & Vi-*
ta æterna p. 7. sqq. Confer *Inscriptiones Lipsienses Stepneri* p. 266.
 315. & 355. Symbolum, quod Bibliothecæ suæ libris inscripsit & in
 ore semper habuit, desumptum est ex Psalmi XXXI. versu 16. & conti-
 net *dulcissimum solatium pro piis, contra omnes casus & adversitates, in*
toto vitæ curriculo. D. Nicolaus Selneccerus, Sanctissimus Theologus,
 & Collega D. Nævii, qui eodem Symbolo in declivi ætate usus est, in-
 tegram de illo orationem Lipsiæ A. 1574. recitavit. Summam vero
 complexus est hoc Disticho ad DEum fuso:

Sum tuus, inque tuis manibus mea tempora vitæ;

Nemo nocere mihi, te prohibente potest.

Vid. *Weissium* l. c. p. 38.

Michaël NEANDER, Scholæ Ifeldensis Rector: *Vanitas*
Vanitatum & omnia Vanitas! c)

c) *Evolve Magni Literatos Soravienses* p. 16.

Q₂

Johan-

Johannes NESERVS, artis muficæ peritus: *Chrifti Pugna fortiffima, Salus mea veriffima.* d)

d) Vide *Tileni Poëmata* p. 607.

Erasmus NEVSTETTERVS, cognomento *Sturmerus*, Eques Francus literatiffimus: *Amat ardua Virtus.* e)

e) *Adi Posthii Parerga Poëtica* P. II. p. 88. Instructiffima gaudebat Bibliotheca, de qua *idem l. c. P. I. p. 211.* sic canit:

Iste locus Phœbo sacer est doctisque Camœnis:

Hinc remove illo tum turba profana pedem,

Ingenia ingenuas quorum sunt culta per artes,

Thesaurum hic pandit Bibliotheca suum.

His liceat quidvis describere; itemque legendo

Hic licet totos continuare dies:

Dum nihil excidant, hinc nulla volumina portent,

Sturmeri hoc leges, ipsaque Jura vetant.

Johannes Georgius NEVMANNVS, Doctor Theologus Wittenbergensis: *Non Pietas vitium, sed Pietismus habet.*

Georgius NEVMARCK, Vice-Comes Palat. Cæs. Sereniffimorum Saxonix Ducum Secretarius intimus, Imperialis Archivarius, inque Societate fructifera dictus *der Sprossende*: *Ut fert divina voluntas! Wie mein Gott will, so halt ich still.*

Henricus NICOLAI, Sereniff. Elect, Brandenb. a Consiliis Ecclesiasticis: *Charitas extorsit.* f)

f) Vide *Meieri Diss. de non salutandis in via deviis* §. 1.

Philippus NICOLAI, SS. Theol. D. Pastor & Ministerii Hamburgensis Senior: *Veritas vincit omnia.*

Philippus NIGER, J. U. D. Vellerisque aurei Cancellarius & Episcopus Antverpiensis: *Candida de Nigris.* g)

g) *Sweertius in Monumentis Brabantix* p. 15.

Balthasar NIGRINVS, Silesius, Ecclesiastes Ranckovianus: *Me Christi Vulnera sanant.* h)

h) Vide *Heermanni Epigrammata* p. 49.

Bartholomæus NIGRINVS, Pastor Banchananus: *Patientia.* i)

i) *Idem l. c. p. 263*

Georgius NIEHENCK, Pastor Primarius ad D. Mariæ Rostochiensis

chientis & Rev. ibid. Ministerii Senior gaudebat imagine Christi cruce affixi, cum Lemmate: *Hic est vita mea & salus.* k)

k) Vide *Observationes Miscellaneas* T. III. p. 151.

Johannes Bartholdus NIEMEIERVS, Philosophus Helmsta-
diensis: *Εὐσεβῶς, Δικαίως, καὶ σωφρόνως.* l)

l) Tit. II. v. 12.

Johannes Ernestus NORICVS, J. U. D. ac Ducis Saxo-Mar-
tisburgensis Consiliarius Aulicus: *SS. Trinitas mea Hereditas.*

M. Martinus NOSSLERVS, Antistes Aulicus Brandenburgi-
cus: *Mortalis non Moriar.* m)

m) *Alcutnerus* l. c. p. 91.

O.

Adolphus OCCO, Medicus Reipublicæ Augustanæ:

*Sum tuus in Vita, tua sunt mea funera Christe;
Christe tibi vivam, Christe tibi moriar.*

M. Gerardus OEMICHIVS, Güstroviensium Præpositus ac
Primus Superintendens:

*Maxima sit quamvis Tempestas, frigus & imbres;
Crede mihi, cælum postea Phæbus erit.* a)

a) Vide *Thomæ Analecta Güstroviensia* p. 133.

Johannes Philippus OHEIMIVS, Pastor ac Superintendens
Bornensis: *Omnia JESVS!* b)

b) Consule *Lucii* Biographiam Ephoror. Bornens. p. 106.

Johannes ab OLDEN-BARNEVELT, Illustr. Ordd. Hollandiæ
& West-Frisiæ Advocatus: *Nil scire tutissima fides.*

M. Henricus OLDECOP, Pastor ad D. Jacobi Hildesheimii:
Sine cura liber, dum mea cura liber. c)

c) Vide *Gætzii Diptycha Exulum* p. 134.

Adamus OLEARIVS, in aula Cimbrica Bibliothecarius &
Mathematicus, inque Societate fructifera *Der Vielbemühete* dictus:
In consilio duces me, postea in gloriam me suscipies. d)

d) Ps. LXXIII. v. 24.

Gotifried OLEARIVS, SS. Theol. D. & Superintendens
Hallensis: *Per Crucem ad Lucem.*

Johannes OLEARIVS, SS. Theol. D. & Aulæ Leucopetreae
a Confessionibus & Concionibus sacris primariis, ut & Superin-
tendens Generalis: *Justus ceu Palma, ego sicut Oliva fructifera.* e)

e) Ex Pl. XCII, v. 13. & LII, v. 10.

Johannes OLEARIVS, SS. Theol. D. Pastor & Superinten-
dens Hallensis: Ich werde bleiben wie ein grüner Del-Baum
im Hause Gottes, verlasse mich auf Gottes Güte immer
und ewiglich. f)

f) Vide *Leuckfeldii Historiam Heshusi* p. 237.

Johannes Christianus OLEARIVS, SS. Theol. D. & Super-
intendens Hallensis: Das hat Gott gethan; Item: Die Rechte
Hand des Höchsten kan alles ändern. g)

g) Vide *Idem* l. c. p. 245. Ubi de eo sic scribit: Er hatte das besondere
factum, daß er mit einer von seinen Schwestern in eine tödtliche
Kranckheit verfiel, aber daraus ganz plötzlich wieder aller Menschen
Bermuthen errettet wurde, welches τὸ θεῖον auch dessen Vater
Gelegenheit gegeben: Die wunderliche Güte Gottes zu schrei-
ben, wie denn der ganze Verlauff dieser sehr merckwürdigen Ge-
schichte in solchem Buche Cap. 6. p. 630. auffgezeichnet ist, und dem
seel. Mann bewogen, daß er zu seinem Symbolo gebrauchet: Das
hat Gott gethan Pl. LXIV, 10. Und: Die Rechte Hand des
Höchsten kan alles ändern Pl. LXXVII, 11.

M. Johannes Christophorus OLEARIVS, Ecclesiae Arnsta-
dianæ Pastor, Bibliothecarius & Lycæi Inspector: *Respice finem.*

Magnus Daniel OMEISIVS, Professor Altorffinus: *Mundus
Decipitur Opinionibus.* Item: *Mea Delectatio Olympus.* h)

h) Vide *Lilienthalii Selecta Historica & Literaria* P. II. p. 37.

Martinus OPITIVS, Regis Poloniae Historiographus & Ger-
manicæ Poëseos Restaurator: *Ec quantum restat!* i)

i) Consule *Exneri Schediasmata Poëtica* p. 326. Hic Vir, ut variae doctrinae
scientissimus fuit, sic fortuna quoque varia est usus. Militiae quidem
stipendia facere non magis erubuit, quam vates ille Venusinus qui

celerem fugam

Sensit relicta non bene parmula,

Cum fracta Virtus, & minaces

Turpe solum tetigere mento.

Vide pluribus *Colerum in Vita Opitii* p. 43.

Jo-

Johannes Georgius ab OPPEL, Com. Pal. Cæs. & S. R. I. exemptus, ut & Confiliarius intimus Saxonicus & Rei Censuræ Præfectus: *Vita socia Virtus: Mortis comes Gloria.*

Guilielmus Lib. Baro ab OPPERSDORFF, Sac. Cæs. Maj. Confiliarius & supremus Mineralium in Regno Boëmiæ Præfectus: *Virescit Vulnere Christus.* k)

k) Frenzelius P. I. Epigr. p. 101.

Abrahamus ORTELIVS, Geographus Regius, Orbis seu globi terrestris picturam manu amplectens, hæc quasi effatur verba: *Manu orno, Mente contemno.*

M. Carolus ORTLOB, Theologus Uratislaviensis: *Christi Ope.*

P.

Caspar PAKISCH Medicinæ Doctor & Physicus Reipubl. Uratislaviensis: *Durum Patientia frango.* a)

a) Calagius in Octostichis Symbolicis Medicor. Uratisl.

David PALLACHIVS, Legatus olim Regis Marocani, Judæus: *אם הרביר כסף השתיקה זהב Si loquutio argentum, Silentium aurum est.* b)

b) Vid. Job. Buxtorffii Florilegium Hebraic. p. 334. Extr.

Johannes PAPPVS, SS. Theol. D. & Professor Argentoratensis: *Ἐνὸς δὲ ἐστὶ χρεία, Unum est necessarium.* c)

c) Vide Melch. Adami Vitas Theol. Germ. p. 3. Memorabile est, quod eo ipso anno, quem in Inscriptionibus familiari sibi hoc versu expressit:

AD fInem si qVIs se parat, ILLe sapit.

Obierit, anno scil. MDCX. qua ratione ad Eruditos, mortem sibi prælagientes, referri jure meretur.

David PAREVS, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Heidelbergensis: *Nil Christo triste recepto.*

Philippus PAREVS, Rector Gymnasii Hanoviensis: *ΕΠΟΥΘΕΩ. FATA REGENT.*

Johannes PARICIVS, Ecclesiæ Mar. Magdal. Uratisl. Archidiaconus & Senior: *Durant Virtute parata.* d) Item: *Fiat divina voluntas.* e)

d) Calagius in Octostichis Symbol, Theologor. Uratisl.

e) Vide

e) Vide *Exneri* sched. Poëtica p. 481. *Lauterbachs* Traustädtisches Zion p. 315. *Heermanni* Epigr. p. 336. *Ejusdem* Lemmata Symbolica L. II. n. V. *Aleutneri* Epigr. Miscellor. Cent. XI. Lit. a. 7. col. 2. *Zuberi* Pemma unum Epimictorum Epodætyos sive Convivii Poëtici Lit. b. 1. col. 1.

Matthias PASOR, SS. Theol. D. & Professor Gröningensis:
 אלה נבטר *Deus Providebit.*

Joachimus PASTORIVS ab Hirtenberg, S. Regiæ Maj. Polon. Medicus, Historicus, Secretarius & Commissarius:

*Sis mihi, Magne Deus, Vita Sol lucidus omni,
 Sim flos, qui solem spectat ubique suum. f)*

f) Vide *Prætorii* Athenas Gedanenses p. 115. Vergente ætate ad Pontificiorum transit castra & Proto-Notarius Apostolicus, Canonicus Culmensis ac dein Varmiensis, Decanus, Parochus & Officialis Gedanensis, nec non Pomeraniæ generalis, Præpositus item ad S. Albertum evasit. Quid vero *D. Ægid. Strauchius* ratione religionis de eo senserit ac retulerit, videat, cui volupe est, apud *Scherzerum*, Colleg. Anti-Socinian. Disp. I. p. 14. *Differentiæ inter Politicam genuinam & Diabolicam*, quæ sub *Pastorii* nomine Amstelod. 1659. 12. prodierunt, scriptum est supposititium & nec vocem unam pro sua agnoscit *Pastorius* in Catalogo laborum suorum Literariorum, quem edidit in duodecimo.

Guido PATINVS, Doctor Medicus Parisiensis & Professor Regius: *Felix qui potuit.*

Christ. Franciscus PAVLLINI, Phil. & Med. D. Comes Palat. Cæsar. & Collegii Leopold. Nat. Curios. membrum: *Candore & labore. g)*

g) Vide *Ejus* descriptionem Anguillæ in Præf.

Jacobus PERIZONIVS, Histor. Eloquentiæ & Græcæ Linguae Professor Lugduno-Batavus: *Quæsitæ discamus, nondum inventa queramus. h)*

h) Obiit hic solertis ingenii Vir A. 1715. d. 6. April. αΰαυαυα & D. Anton Schultingio, Jcto & Antecessori, pro habenda Parentatione Petri Lambecii Bibliothecam Vindobonensem legavit.

Antonius PERENOTVS, S. R. E. Cardinalis & Archi-Episcopus Vesuntionensium: *Durate. i)*

i) *Sweertius* in *Monimentis Brabantiae* p. 14. Hic septem linguas ita calluit,

ut

ut singulas nativas diceret: memoria quoque tanta valuit, ut alter quasi Julius Cæsar IV. sæpe aut quinque scribas de arduis Reipubl. negotiis variis linguis dictitanda fatigaret.

Nicolaus PERRENOTVS, Burgundus: *Sic visum superis.*

Johannes Wilhelmus PETERSENIUS, SS. Theol. D. & Superintendentens Lüneburgensis: Ἰπερνεκῶμεν. k)

k) Rom. VIII. v. 37.

M. Hermannus von PETKVM, ad D. Petri & Pauli Hamburgi Pastor: *Mea Hereditas Vita Perennis; Item: Memento mei DEVS meus in Bonum.*

Henricus PETRI, Brunsvigæ ad D. Martini Pastor: τὰ ἀνω φρονεῖτε. l)

l) Coloss. III. v. 2.

Christophorus PEZELIUS, SS. Theol. D. & Professor primum Acad. Viteberg. deinde Pastor Bremensis: *In silentio & spe erit fortitudo vestra.* m)

m) Esa. XXX. v. 15.

Claudius Ambrosius PHILIPPE, J. U. D. & in supremo Burgundiæ Senatu Consiliarius Regius: *Amantissimus Æqui.*

Johannes PHILIPPI, Jctus, Comes Pal. Cæs. & Lipsiensis Pro-Consul: *Herr thue ein Zeichen an mir, daß mirs wohl gehe.* n)

n) Ps. LXXXVI. v. ult.

Johannes PHYRETIS, Templi ad D. Christophori Uratislaviæ Pastor Polonicus: *Justi Patientia Victrix.* o)

o) Calagius in Octostichis Symbolicis Theologor. Uratisl. Exnerus in Sched. Poëticiis p. 56. Zuberus Pemmata I. Novor. Carm. Lit. O. 4.

Urbanus PIERIUS, SS. Theologiæ D. & Superintendentens Bremensis, septuagesimum ætatis annum excedens, usurpabat: *Dissolvi cupio, & vivere Christe tibi.* p)

p) Philipp. I. v. 23.

Christophorus PINCKER, Senior, Jctus & Consiliarius Electoris Saxonici: *Christus Piorum Desiderium.*

Christophorus PINCKER, fil. Jctus, Serenissimo Saxonix
R Electori

Electori a Consiliis Appellationum & Lipsiensium Consul: *Constantia & Pietate.*

Bilibaldus PIRCKHEIMERVS, Norimbergensis, Historicus & Maximiliani I. Imp. Consiliarius: *Vivitur ingenio, cætera mortis erunt.*

Johannes PISCATOR, Gymnasii Herbornensis Rector: *Apostolus Paulus præcipit Christianis Tit. II, 12. ut vivant σωφρονως καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς.*

Esaias PISCIS, Ecclesiastes Lignicensis: *Sum Salvus Pastore DEO. q)*

q) Jo. Heermannus in Symbolum hoc ita olim lusit:

Sum Salvus Pastore DEO, struat ille vel iste

Orbe super, dira vel styge mille technas:

Nil metuo, pascit, defendit, curat, amatque,

Colligit & Cæli me sub Ovile DEVS.

Jam quoque me Lygia Pastorem fecit in Urbe:

Atque thymo Verbi pascere jussit oves.

Quod jussit, faciam cura vigilace. Negabit

Mercedem mundus? quid moror? Astra ferent.

Vide Ejus Epigrammata p. 468.

M. David PISTORIVS, Theologus Augustanus: *Ne derelinquas me Domine Deus meus. r)*

r) Psalm XXXVIII, v. 22.

M. Valentinus PISTORIVS, Archi-Diaconus templi superioris Francofurti ad Oderam: *Jesus portatus in Vlnis. s)*

s) Est Symbolum ὀνομασολογικόν; Vide Programma funebre.

Lambertus Ludolphus PITHOPOEVS, Acad. Heidelbergensis Professor symboli loco habuit *Viatores* hac cum inscriptione: *μὴ δάξασαν ζῆλον, ἅ γὰρ πόλις αἰεὶ μένεται. Hic incerta mihi est: æternam querito sedem.*

Immanuel PLACOTOMVS, Comes Palatinus Cæsareus: *Jehova Petra Cordis Permanet certissima.*

M. Johannes Andreas PLANERVS, Professor Mathematicum in Academia Vitebergensi: *Dominus mihi Auxiliator. t)*

t) Hebr. XIII, v. 6. Vide Wagneri Diss. de Scriptoribus qui de sua ipsæ Vita exposuerunt Lit. 6, I, col. 2.

Chri-

Christophorus PLANTINVS, Architypographus Regius Ant-
verpiensis, usus est manu circinum dirigente, cum inscriptione:
Labore & Constantia. u)

u) Multam hic cum eruditis coluit amicitiam & correctoribus usus sem-
per fuit accuratissimis. Neque tamen iisdem vel ipsimet sibi, licet ac-
curatissimus esset, satis fides fuit, sed antequam per pressuram
multiplicarentur exemplaria, proposito præmio quosvis invitavit, ad
indicandos, qui adhuc superessent, errores. Sane omnes Plantinianæ
Editiones emendatissimæ sunt, & in latinis, reliquis omnibus præferen-
dæ, sicut Stephanorum in Græcis, quare etiam hodie sunt rarissimæ &
magni veneunt. Vide *Struvii* Introd. in Notitiam R. L. p. m. 566. sq.
Zeltneri Centuriam Correctorum Eruditorum p. 439. sqq.

Theodorus PLATEANVS, Medicus & Senator Witteber-
genfis: *Si DEVS pro nobis; quis contra nos?* w)

vv) Rom. VIII. v. 31.

David PLATZIVS, Jctus, Prætor Budissinus & Advocatus
Provinc. Ord. *Dominus Providebit.* x)

x) Vide *Epitaphia Budissinensia* p. 90.

Alricus PLESKEN, Bremensis, Theologus Reformatus:
Alma Pietate Beabor. y)

y) *Lexicon Eruditorum* p. 1727.

Petrus POIRET: τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι χεῖρὸς. z)

z) Coll. III. v. 11.

Lucas POLLIO, Vratislaviensis ad S. Mariæ Magdalenaæ Pa-
stor: *Misericordias Domini cantabo in æternum.* aa)

aa) Ps. LXXXIX, 2. Ejus ultima verba fuerunt: *Jam ingredior in vitam
æternam;* Vide *Mylii* Apophthegmata Morientium p. m. 171.

M. Henricus POLANVS a Polansdorff, Reipublicæ Oppa-
viensi ab Actis: *Homo nihil.* bb)

bb) *Frenzelius* P. I. Epigr. p. 58.

M. Christophorus POLIVS, Ecclesiastes Leobschutianus:
Mibi Cælum Patria. cc)

cc) *Alcutnerus* l. c. p. 274. sqq.

Nicolaus POLIVS, Ecclesiæ Patriæ Vratisl. ad D. Mar. Magdal.
Senior & Archi-Diaconus: *Nescit Patientia Vinci.* dd)

dd) *Galagius* in Octostichis Symbol. Theologor. Vratisl.

Johannes POLYANDER, Theol. D. & P.P. Leydenſis: *Pie & Prudenter.*

M. Johannes PONTANVS, Paſtor & Inſpector Eccleſiæ Re-giſmontanæ in Neo-Marchia: *Ich hoffe noch.* ee)

ee) Vide Keſſbergers Beſchreibung der Stadt Königsberg P. I. p. 92.

Æmilius PORTVS, Academia Heidelbergeniſis Profeſſor: *ὁ κρη παννύχιον εὔδειν βυληφόρον ἄνδρα. Id eſt: Non oportet per totam noctem dormire Conſiliarium Virum.* ff)

ff) *Homerus* ἰλ. β. v. 24.

M. Johannes PRÆTORIVS, Scholæ Quedlinburgeniſis Re-ctor: *DEO & Proximo.* gg)

gg) Vide *Ludovici Schul-Hiſtorie* P. II. p. 280.

M. Johannes PRÆTORIVS, filius, Rector Scholæ Halleniſis: *Silendo & Sperando.* hh)

hh) Vid. *Idem* l. c. p. 68.

Zacharias PRANTELIVS, Auſtriacus, *Dominus Providebit.* ii)

ii) *Evolve Mich. Abeli Carmina* Lit. d. 8. col. 2.

Johannes Vlricus PREGITZERVVS, SS. Theol. D. Profeſſor, Præpoſitus Eccleſiæ, & Cancellarius Acad. Tubingenſis: *In monte Dominus Providebit.* kk)

kk) Alles beſahl er Gott, laut ſeines Symboli: *In monte Dominus providebit*; Nach der Rand-Gloſſe Lutheri: *Gott ſorget vor alles, und wachet*; Gen. XXII. v. 14. Vid. D. Tobias Wagner in *Casual-Predigten* p. 1076.

A. C.

Quid angeris, meum, & tremis,

Tot ob pericula, pectus?

Queis cingeris, velut lupis

Simplex ovicla ſævis:

Premat Satan, premat Caro,

Mundusque te malignus,

Vt nescias mali exitum,

Timoris atque finem:

Assume robur in fide,

In Speque Christiana,

Sis

Sis deditum Deo: *DEVS*
IN MONTE PROVIDEBIT.

Weiffius l. c. p. 15. sq. Confer *Wagneri* Memoriam Pregitzerianam p. 29.

Christophorus PREIBISIVS, Phil. & J. V. D. Com. Pal. Cæs. & S. R. I. Exemptus, Physic. Profess. Publ. Lipsiensis, Facultatis Juridicæ ut & Nationis Polonicæ Senior: *In manibus Domini sortes meæ.* ll)

ll) Pfab. XXX. v. 16. Hic ab Academia condita per 241. annos primus *RECTORVM* mortuus est die 1. Martii 1651. ætatis suæ 71. Vid. *Pippingii* Exercitationes Academicas Juveniles p. 452. sqq. Auf sein Epitaphium schrieb man: *Hic primus exemplo suo docuit, Rectores Lipsienses esse mortales.* Er hatte sich einst im Rosenthal zu Leipzig auf die Erde hingestreckt, und weil er einen langen verworrenen Barth hatte, sah ihn ein Jäger vor eine wilde Sau an, da er sich noch zu rechter Zeit regte und also erkannt wurde.

Daniel PRINTZ a Buchaw, Camera Imperial. Siles. Consiliarius, Com. Palat. & Appellationum Pragæ Cæsar. Adessor Primarius: *Durat & lucet virtus.* mm)

mm) *Calagius* L. III. Epigr. p. 91.

Zacharias PRVESCHENCK, J. V. D. & Professor Jenensis: *Integritas & rectitudo custodiant me* Ps. XXV. v. 21. Item ex Bonaventura: *Tota Religionis perfectio in Voluntatis propria abdicatione consistit.* nn)

nn) *Zeumerus* in *Vitis* Professor. Jur. Jenens. p. 112.

Otto Fridericus Comes a PVCHAIM, Episcopus Labacensis Princeps: *Tempora Tempore Tempera.*

M. Johannes PVCHNERVS, Ludimoderator Crossæus: *Umbra manus meæ protegam te, ut plantes mihi cælos.* oo)

oo) Vide *Georgii Tileni* Poëmata p. 604.

Michaël PVSCHER, Bischoffswerda-Misnicus, Scholæ Patriæ Rector: *Mediatoris Passio Beatitudo Mea.* pp)

pp) *Evolve Heckelii* Beschreibung von Bischoffswerda p. 122.

Johannes PVSKEY, Colocen. & Bachien. Eccles. Canonicus S. C. M. Consiliarius: *Initium Sapientie Timor Domini.*

Erycius PVTEANVS, in Acad. Lovaniensi Professor Regius Historiographus & Confiliarius: *Σπυδαίως ἔην ἀριστοί. i. e. Honestè vivere Optimum.*

R.

Gallus L. B. a RÆGKNITZ, S. C. M. Ferdinandi II. Confiliarius & Camerarius, magnus & infucatus veri Christianismi Cultor: **I**esus meine Lieb; Item: **G**ott führe zur Ruhe. a)

a) *Gatzzius* in Diptychis Exulum p. 193.

Sebastianus RAMSPECK, Philosophiæ in Academia Heidelbergensi Prof. Ord. *Invita quæ indecora.*

Wilhelmus RAYGER, Viennensis Austrius, Phil. & Med. D. *Omnis medela a DEO.*

Adamus RECHENBERGIVS, SS. Theol. D. & P. P. Lipsiensis: *Non, si male nunc, & olim sic erit.* b)

b) *Vide Gatzii Gewißheit eines schönen Symboli* p. 9.

Henricus REGIVS, Medicus Ultrajectinus: *Candide & Generose.*

Johannes a REIBNITZ, Eques Silesius: **I**ch wags, **G**ott walts. c)

c) *Evolve Heermanni Epigr.* p. 156.

Christianus REICHBROD a Schrenckendorff / Secretarius & Confiliarius Electoris Saxonix: *Medio tutissimus ibis.*

Nicolaus REICHELIVS, Aulae Cæsareæ a Literis: *Deo volente volo.* d)

d) *Vide Abeli Carmina Lit. e. 5. col. 1. Lit. N. 1. col. 1.*

Johannes REIMMANNVS, J. U. D. Confiliarius & Cancellarius Lygio-Bregensis: *Deo, Reipublicæ & Amicis.* e)

e) *Confule Tileni Poëmata* p. 600. *Gregorii Bersmanni Poëmata* P. II. p. 176. sq.

Johannes Baptista REIMANNVS, Johannis filius, J. U. D. Confiliarius & Secretarius Ducalis Lignicensis intimus: *Labore Virtus, Virtute gloria paratur.* f)

f) *Confer Taubmanni Melodæsiam* p. 454. & emenda ex eo *Eberti Leorinum Eruditum*, qui sui oblitus hoc Symbolum falso *Jo. Reimmanno* p. 39. adscribit.

Keine-

Reinerus REINECCIUS, Historiarum in Academia Julia Professor: *Nil desperandum Christo Duce*; Item: *In Domini manu est hominis Prosperitas, idemque Literatorum Personis suam tribuit gloriam.* g)

g) *Evolve Tileni Poemata* p. 602. sq.

Johannes REINHARDVS, SS. Theol. D. Pastor & Superintendens Hilperhusanus Consistoriique Ducalis Assessor: *Fasciculus Myrrha Amicus meus.* h)

h) *Canticor. I. 13.* Vide *Pippingii Memorias Theologorum* p. 1316.

Samuel REINHARDVS: *Paupertas Christi est meum Patrimonium.* i)

i) *Aleutnerus* l. c. p. 194.

Antonius REISERVS, SS. Theol. D. & Pastor ad D. Jacobi Hamburgi: *Constanti Patientia & Patienti Constantia.* k)

k) *Pippingius* l. c. p. 143. Hic apud Posonienses in Hungaria, ubi Pastoris munere per aliquot annos fungebatur, A. 1672. Reformatione, sive persecutione severiore ingruente Confessoris ac prope Martyris partes fortiter implevit. Scripta enim sua revocare, & claves templi tradere nolens, in foetidissimum se carcerem conjici passus est potius, quam ut causam optimam proderet. Postea sententia capitis in eum lata, cum jam pleciendus esset, jamque Carnifici collum porrigeret, praefectus Caesaris, cognita causa, ipsi veniam impetravit & e praesentissimo mortis periculo omnia alia expectantem eripuit. Confer *Gætzii Diptycha Exulum* p. 143. sqq.

Georgius REMVS, Jctus Noricus: τὰ πάντα καλῶς ἔσται.

Georgius Christophorus RENSCHHELL, Jctus & Consiliarius Brandenburgicus: *Ora & Labora.*

Johannes REVCHLINVS, J. U. D. Maximiliani I. Imp. & Eberhardi I. Ducis Wirtemberg. Consiliarius ac totius Sueviae Triumvir: *Quando duplicantur lateres, tunc venit Moses.* l)

l) Hic *Joh. Reuchlin (fumulus)* ab *Hermolao Barbaro*, doctissimo Patriarchi Aquilejensi, propter exactam graecae linguae cognitionem, Καπνίον s. *Capnio*, quo nomine vulgo audit, dictus fuit. Insignium quoque loco habuit *avam fumantem*, de qua venustissimum extat Epigramma apud *Joh. Schofferum*, in libello *de insignibus CL. Virorum Lit. N. 4. col. 2.* Symbolum, quod crebro sermone sibi aliisque in angustiis recitare

con-

consuevit, desumptum est ex historia Populi Israelitici, qui, cum sub jugo Pharaonis crudelissime premeretur, opinione citius a propitio Jehova in libertatem assertus & Mosis ministerio mirabiliter eductus fuit; Exodi I. II. III. XII. sqq. Sic Deus adhuc *Auxiliator est in opportunitate*, & piis, quando impii de illis actum putant, exoptatissime succurrit, Diabolum ejusque Organa confundens. Hinc rythmi Germanici:

Wenn Pharao die Ziegel doppelt,
Und das Volk selbst zur Arbeit stoppelt,
Gemeiniglich um dieselbe Zeit,
Sagt man, sey Moses auch nicht weit.

Item:

Wenn Pharao die Ziegel mehrt,
Kommt Moses, und dem Ubel wehrt.

In Prælectionibus Portensibus ita explicatum olim calamo exceptit *Weiffius l. c. p. 19.*

Quando insons premeris, nec habes solatia rerum,
Ullius aut hominis, qui tua damna levet;
Excipe cuncta animo patiente, rogaque Jehovam:
Cum lateres duplicat Pharao, Moses venit.

Vide de hoc Symbolo Reuchliniano *Melanchthonis* Explicat. Theognidis p. 19. *Matthæii* Commentar. in Epist. ad Corinth. fol. 293. b. & *Zehneri* Adagia sacra p. 724. sqq. Confer *Weiffii* Exercit. de Barucho, famulo ac scriba Jeremiæ, Part. II. §. 17. & *Muji* Vitam Reuchlini p. 556. sq.

Jacobus REVIVS, SS. Theol. D. & Collegii Theol. Ill. Ordd. Hollandiæ & Westfrisiæ Præfectus: *Vincat Amor Christi.*

Andreas REVS, Reipubl. Uratisl. a Secretis: *Adfuit, Aderitque Deus.* m)

m) *Calagius* L. II. Epigr. p. 47.

Nicolaus KEVSNERVS, J. U. D. Comes Palatinus Cæsareus, Consiliarius Saxonicus & Ordinarius Jenensis: *Φέρε ναὶ Φέρε. Ferri bene disce ferendo; Item: Fortitudo, & Laus, & Salus mea Dominus.* n)

n) Hunc Reusnerum *Nicolaus Clemens Trelaus*, Eques, Vates, & JCtus Mosellanus, ob scripta edita, vocat *Cymbalum Mundi & tympanum fama*, in carmine Iconibus Clariss. Viror. a Reusnero editis præfixo. Insignia *D. Reusneri* fuerunt LEO, tum in galea coronata, tum in clypeo stans, & sinistra ungula stellam tenens, ad latera scripto utroque ejus Sym-

Symbolo ; quæ omnia feliciter tetigit & exposuit *Georgius Culaminius* sequenti Epigrammate :

Reusneri geminum quicumque rubere Leonem,

Ac saxo stellas ungue micare vides :

Vatis adumbrari statuas fatalibus armis,

Divino quicquid continet ingenio.

Artes, stella refert: animos, Leo: fulva corona,

Laudes: Os galeæ, corde patere notat.

FER tua mente pari, sic FERRIS: cumque Propheta

Dic: VIRTUS MEA, LAVS, ESTQVE JEHOVA SALVS.

Prius Symbolum desumpsit *Reusnerus* ex ingenioso veteris Poetæ *Pallada* Epigrammate, quod ita habet.

Εἰ τὸ Φέρον σε Φέρει, Φέρει καὶ Φέρει, εἰδ' ἀγανακτεῖς,

καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ Φέρον σε Φέρει.

H. e. Si fatum te fert, fer & ferre: si vero indignaris, te ipsum merore conficis, & tamen fatum te fert; Vide *Anthologiam Græcorum Epigrammatum*, C. C. C. doctissimorum Auctorum opus (quod insigniter commendat *Martinus Crusius* in *Oratione de Pyraastro & Pyro.*) Lib. I. Confer *Comment. Job. Brodae* & *Otmari Luscini*. Prius hoc fratris sui symbolum, *Elias Reusnerus*, Professor Historiarum Jenensis, hisce illustravit versiculis:

Quod fors fert, patiens FER ATQVE FERRE.

Nam si fers male, tu male ipse ferris:

Sic bis fers male, ferre quod nec esse est.

Martinus Crusius autem ita:

Qui peccet, qui nos lædat, reperitur ubique:

Hos tamen adversus FER medicina valet.

Ferre hominum mores varios, prudentis habetur:

Ista sua nec res utilitate caret.

Si tu FER S alios, aliis tu FER RE vicissim:

Cessio amicitiam talis utrinque ligat.

Quam bene pulchra monet vox, FER, SIC FERRIS, utrumque

Reusnere: hæc curæ sit modo cuique pio.

Posterius Symbolum ex versu 14. Psalmi CXVIII. petitum, laudatus modo *Elias Reusnerus* sic exposuit:

Quod te laudo, Deus; quod per te vivo redemptus:

Non opis humanæ, Numinis omne tui est.

Tu, mea laus, mea certa salus, mea magna potestas,

Quid reliquum? quod sum, sim, Deus, omne tuum.

S

Vide

Vide Nicolai Reusneri Lib. sing. Heroicor. Symbol. p. 263. sqq. Ejusdem Opera Poetica P. I. p. 252. P. II. p. 153. & p. 341. Alcutneri Epigr. p. 13. sq. Posthii Opp. Poet. P. II. p. 81. Gruteri Delic. Poetar. germ. P. IV. p. 289.

Elias REVSNERVS, Leorinus, Histor. & Poët. Professor Publicus Jenensis: *Dominus Lux & Salus mea: Quem timebo?* o)

o) Ex Psal. XXVII.

Arnoldus de REYGER, Jctus & Consiliarius Electoris Brandenburgici: *Ad Deum Refugium.*

M. Andreas REYHER, Gymnasii Gothani bene meritissimus Rector: *Die rechte Hand des Höchsten kan alles ändern.* p)

p) Ex Ps. LXXVII. v. II. Conf. Ludovici Schul-Historie P. V. p. 9.

David RHENISCH, Uratisl. Silel., Ecclesiastes & Professor Elisabethanus in patria: *Dulce Recordari Vulnerum Salvatoris.* q)

q) Vide Calagii Octosticha Symbol. Theologor. Uratisl. & Heermannii Epigrammata p. 41.

Georgius RHONIVS, Scabinus Gorlicensis: *Pietas ad Omnia Ut ILLis.* r)

r) In hoc Symbolo simul continetur Annus Nativitatis ejus MDLIX. Vide Funscii Lebens-Geschichte der Görligischen Geistlichkeit p. 96.

David a RHOR, Jun. in Seiffersdorff &c. S. C. M. Consiliarius: *Omnia cum tempore.* s)

s) Adi Exneri Sched. Poet. p. 318.

M. Stephanus RICCIUS, Verbi divini Minister Calensis: *Οἰσέον καὶ ἐλπιδέον; Ferendum & sperandum; Dulde und hoffe.* t)

t) Vide Læberii Histor. Eccl. Ephoriæ Orlamundanae p. 407. Hunc uxor flagitiosa sua Vita gravissime afflixit. Illa enim, Satana instigante, turpi amore juvenis alicujus (cujus nomen Otto Gräffe) capta fuit. Qui occasione oblata arrepta, non tantum cum eadem ultra sex annos in adulterio vixit, sed etiam filiam natu majorem, Catharinam, aliquoties compressit. Hinc incestuosus adulter decollatus & uxor Ricciana Virgis publice cæsa ex toto ducatu relegata fuit. Filia vero libera dimissa est, tantum capite peplo involuto. Riccius autem, detecto licet uxoris flagitio, atque carnificis manu ignominiose tractata, nec affectum conjugalem deponere, nec istam repudiare ausus est, sed relicto officio & territorio Ducali simul exilium petiit.

An-

Andreas RIVINVS, Phil. & Med. D. P. L. C. & Prof. Publ. Lipsiensis: *χάριτι δὲ Θεῷ ἐμὶ ὃ ἐμὶ. u)*

u) Ex I. Corinth. XV, 10.

Paulus ROEBERVS, SS. Theol. D. Superintendens & Prof. Publ. Wittebergenfis: *Pie, Prudenter, Patienter.*

Hermannus Alexander ROELIVS, Theologus Franekeranus: *Ἦν Ἦν Ἦν Item: ἀπόδοτε τὰ κἀισαρος, κἀισαρι καὶ τὰ τῷ Θεῷ, τῷ Θεῷ. Matth. XXII. v. 21. Item:*

*Non ego sum Veterum, non affecla, amice, novorum,
Seu vetus est, verum diligo, sive novum.*

Marcus ROERSCHIED, J. U. D. Elector. Saxon, Commissarius Ordinarius & supremi Dicafterii Provincial. Advocatus Lips.: *Seelig von hinnen, quod hoc Pentametro efferebat:*

Nil nisi posse pie da mihi Christe mori.

Johannes Georgius ROESERVS, SS. Theol. D. & Gymnasii Carolini Sedinensis Rector: *Hæc mea sublimior Philosophia, scire Jesum Christum. w)*

w) Vide *Miscellanea Lipsiensia* T. I. p. 375.

Michaël ROLLIVS, J. C. t. & D. Caroli I. Illustriss. Pr. Olsnensis Consiliarius: *Fiat Voluntas tua Domine. x)*

x) Evolve *Joachimi Hoffmanni Poemata* Lit. h. 2. col. 2.

M. Johannes ROSA, Professor Academiae Jenensis: *Transcendum. y)* Item:

*Me do meque dedi, me sum tibi Christe daturus,
Tu Dominus Vitæ, mortis es atque meæ. z)*

y) Inter primos Academiae Jenensis Professores hic Rosa unus fuit, & quidem utilissimus ac felicissimus, ob diligentiam legendi Philosophica ac Theologica, *Alter Melanchthon* appellatus. In medio ætatis flore defloruit, cum annum quadragesimum nondum complevisset; unde M. *Adrianus Beierus* de illo argute cecinit:

*Ut rosa, vi venti, vel solis disperit æstu,
Sic Rosa, vi mortis, decidit ante diem.*

Vide *Ejus Syllabum Rector. & Professor. Jenens.* p. m. 449. item p. 69. & 966. sqq. Paulo ante, veluti suavis

Cantator cygnus funeris ipse sui.

In solempni promotionis cujusdam actu, orationem habuit *de vita æterna*

na, tam piam, tam sanctam, tam patheticam ac nectaream, ut nil nisi beatitudinem & dulcedinem futuri seculi spiret. Hinc excusa & recusa est sæpius, imo in nostram quoque vernaculam conversa, Lipsiæ prodiit A. 1603. Vid. *M. Valentini Beyeri* Diarium Historicum p. 649. Tanti illum fecit illuminatissimus ille Theologus Hamburgensis, *D. Philippus Nicolai*, ut aureo & divino suo libro *de Sacrosancto Omnipresentia Jesu Christi Mystero*, longam seriem, inde translata, non sine honorifica Autoris optimi mentione, a p. 273. usque ad p. 276. inseruerit. In hac Oratione egregium Symbolum suum *TRANSEVNDVM* egregie *Rosa* ipse exposuit, quo Lectorem cupidum remitto. *D. Fridericus Widebramus*, Professor Jenensis ac Wittebergensis breviter illud & nerveose hisce versibus explicavit:

Vita Viatoris quasi *Transitus*: omnia finem,
 Mundus hic immundus quæ veneratur, habent:
Transit honor; *Transit* fortuna: pecunia *transit*:
 Mente Deo similis, corpore *transit* homo.
Transivère patres: semel hinc *transibimus* omnes:
 In cælo patriam, qui *bene transit*, habet.

Vide *Beieri* Syllabum p. 967. sq. & *Weiffii* Manipulum Symbolorum p. 45. sqq.

2) *Krügerus* l. c. p. 165. a.

Johannes ROSA, Verbi divini Minister nec non Consistorii Assessor Byruthi: *Revela Domino vias tuas, & spera in eum, & ipse faciet.* Pf. XXXVII. v. 5.

Christophorus ROSLERVS, Ph. & Med. D. & Celsiff. Principis, Jo. Christiani, Ducis Lignicensis & Bregensis Archiater: *DEO & Proximo.* aa)

aa) Vide *Exneri* Sched. Poët. p. 433. *Jo. Heermanni* Lemmata Symbol. L. II. n. 6. & *Fenckii* Thimon. Symbol. III. n. 2.

Johannes ROESNERVS, Comitatus Mansfeldici Superintendens Generalis: *Non bonitate nostra sed misericordia tua Domine salvasti nos.*

Christianus ROSTEVSCHERVS, J. U. Lic. Gymnasii que Dantiscani Professor & Inspector: *Διὰ δύο Φημίας καὶ ἐν Φημίας.* bb)

bb) 2. Corinth. VI. v. 8. *Prætorius* in Athenis Gedanensibus p. 110.

Godofredus ROTHIVS, Sil., Scholæ Crofnensis Rector:
Heute Roth, Morgen todt.

Samuel

Samuel ROTHIVS, Reip. Freystadiensi a Literis: *In Manu Domini sortes meae.* cc)

cc) *Calagius* in *Octostichis Symbol. Medicor. Uratisl. circa finem.*

Christophorus RVMBAVM, Medicinæ D. & Physicus Uratislaviensis: *Morior, & disco: Utinam & mori!* dd)

dd) Scitum hoc Symbolum a *M. Andrea Calagio*, Poeta Coronato, expositum legitur in *Octostichis Symbolicis*, quæ memoriæ celebrium Medicorum Uratislaviensium consecravit, hoc modo:

Vivendo morior, moriendo disco. Beate
 Discam etiam o utinam, da bone Christe, mori,
 Terreor exemplis. Hominum pars maxima vivit
 Heu! secura sui, Numinis, atque necis.
 Quam discat, tu Christe, vides. Mihi scire, videre,
 Et curare, nefas, te prohibente, puto.
*Præstiterat, vixisse minus. Vixisse tot annos,
 Nec didicisse mori, fax sine luce fuit.*

Confer *Heermanni Epigrammata* p. 143. & *P. II. Deliciar. Poëtar. Germ.* p. 1069.

Georgius RVMBAVM, Phil. & Med. D. Physicus Uratislaviensis: *Gloria Regi Vita Medendo Datur.* ee)

ee) *Calagius* l. c.

S.

Georgius a SÆBISCH, J. U. D. & Principi Teschinensi a Confiliis: *In Silentio & Spe.* a)

a) Vide *Meisneri Decadem III. Equitum Silesiorum honoribus Academicis fulgentium* N. X.

Sigfridus SACCVS, SS. Theol. D. & Ecclesiæ Metropolitanæ apud Magdeburgenses Pastor: *Palma pressa sit fortior. Item:*

*Fortius ut surgit duro sub pondere Palma,
 Sic magis accrescit duris Ecclesia rebus.* b)

b) Evolve *Kindervateri Nordhusam Illustrem* p. 226. Ubi & refert eum sæpius etiam his usum fuisse verbis: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Jesus Christus.*

Antonius SADEEL, Theologus Lausannensis: *Quonam pacto juvenis viam suam inculpatam aget? Si custodiat verbum tuum.* c)

c) Pf. CXIX. v. 9.

Thomas SAGITTARIUS, Phil. & J. U. D. Poëta Laur. Cæs. & Gymnasii Elifabethani Uratislaviensis Rector: *Fiat divina Voluntas.*

Claudius SALMASIUS, Criticus incomparabilis; *Probis Probari.* Item: Ὑψῶν ἐαυτὸν ταπεινωθήσεται. d)

d) *Luc. XVIII. v. 14.* Maxime se hic infensum reddidit Viris eruditissimis, justis alioquin & æquis eruditionis ejus æstimatoribus, ob superbiam; quam notavit *Colomesius* in *Opusculis* p. 317. & exinde *Menckenius* in *Notis ad Charlataneriam* p. m. Edit. Germ. 66. his verbis: Die Herren, *Gaulmin*, *Salmasius* und *Mauffat* kommen eines Tages auf der Königl. Bibliothek zusammen, da sagte der erste zu denen beyden andern: Ich glaube, daß wir drey allen übrigen Gelehrten in *Europa* Troz bieten könnten; Allein *Salmasius* antwortete ihm gar bald: Ja vielmehr auch noch ihr beyde mögt euch mit allen übrigen Gelehrten in der Welt wieder mich verbinden, so wil ich euch insgesamt dennoch allein gewachsen seyn. Hinc quoque ambitiosis *Salmasii* manibus quidam parentavit & ad *Salmasii* Eruditionem in felicitate æterna nullam fieri posse accessionem asseruit in Epitaphio, quod refert *Guido Patinus* Ep. XLVIII, p. 156.

Ingens exigua jacet hac sub mole sepultus
 Assertor Regum, numinis atque pugil.
 Finivit Spaxæ vitam *Salmasius* hospes
 Trajectum cineres ossaque triste tenet.
 Quod mortale fuit, periit: Pars altera cœlis
 Reddita, fit major, doctior esse nequit.

Er hielt sich eine Zeitlang bey der Königin *Christina* in *Schweden* auf, welche ihm so wohl wolte, daß sie ihm auch einsmahls des Morgens selber einheißete. Er hatte übrigens eine böse Frau an des berühmten *Josæ Merceri* Tochter, welche deswegen von denen Gelehrten in ihren Episteln *Juno Salmasiana* genennet wurde. Vid. *Battneri* *Diss. Histor. de malis Eruditorum uxoribus* §. XX.

Bernhardus von SANDEN, SS. Theol. D. & Prof. Prim. *Regiomontanus*: *Nullum turbavi, Discordes pacificavi; Omnes dilexi, nec mihi complacui.* e)

e) Desumptum hoc est ex *Bernhardo* Abbate *Clarevall*. Hinc in suam effigiem ipse sic:

Nullum

Nullum turbavi: Discordes pacificavi:
Omnes dilexi: Nec mihi complacui.

Compta Viros laudent meritis ^{*} Epigrammata claros,
Hæc mihi BERNHARDI ^{*} Symbola sola placent.

B. v. S. D.

Vide *Pippingii* Memorias Theologor. p. 1012.

Abrahamus SANDECVS, Phil. & Med. D. ut & Illustr. Pr.
Olsnensis D. Caroli Archiater & Practicus Uratislaviensis: *DEVS*
spes salutis mea. f)

f) *Calagius* in *Octostichis Symbolicis Medicor.* Uratisl.

Valentinus SANFTLEBEN, Reipublicæ Boleslaviensis Con-
sul: *Vita Svavissima Beatitudo Sempiterna.* g)

g) *Aleutnerus* l. c. p. 118. & 432.

Johannes Christophorus SALTZMANNVS, Pastor Mühlber-
gensis in Thuringia: *Meinen Jesum laß ich nicht.* h)

h) Vid. *Meliffantes von Berg-Schlössern* p. 117.

Andreas SARTORIVS, J. U. D. Consiliarius Elect. Brande-
burg. & Antecessor Francofurtensis: *Thue recht, scheue Nie-*
mand, laß Gott walten. i) Item: *Deus Adjutor meus.* *

i) Hic *Jctus*, propter studium *Justitiæ* & amorem *Veritatis* ac bonæ
Conscientiæ, undique diris *Livoris* stimulis & dente petitus amaro est,
ut de illo canit *Valentinus Arithmaus* in carminibus variis p. 322. sqq.
ubi tali voto concludit:

Consiliis niteant SARTORI *Numina Brenni*,
Auxilio vivant SARTORI *corcla patrima*,
Præsidio vireant SARTORI *lumina Athenæ*
Consecrata piæ, patribus neglecta *superbis*.
Cum grege *Pegaseo* *Lethes* non imbibat *ainnem*
SARTORIVS, *Clariæ* pars maxima *militiæ*,
Flos *charitum*, *flumen* *suadæ*, *sapientiæ* *ocellus*,
Principum amor, *Procerum* tutela, *Ducumque* voluptas.

Idem *Arithmaus*, Poëta & Orator *Viadrinus*, l. c. p. 350. sqq. Sym-
bolum hujus *Sartorii* ita reddidit concise:

Iusta sequor, furias mundi derideo, summo
Cetera committo perficienda DEO.

Ali-

Aliter fufius fic:

Sol Themidos, magne o SARTORI, non minor, olim
 Quam vel cum Paulo Scævola & Æmilius,
 Inter tot scelerum formas, tu fige Themistæ
 Oscula, & ad Phœbi protrahe grande jubar.
 Momorum in tanta rabie, generosa Leonis
 Corda tene, & morfus discute cerbereos.
 In membris firmata tuis constantia spiret,
 Et Dea, Pandoræ Pyxidis ima fovens,
 Fidere te jubeat superis, diffidere terris,
 Et terra natis conciliare Jovis.
 Jova suos servat, servatque Astræa clientes:
 Cur medio horrescas vivere in Oceano?

Conf. *Weiffius* l. c. p. 33. sq.

* Vide *Jo. Heermanni* Lemmstum Symbol. L. II. n. 1.

Martinus SARTORIVS in Großprißgau apud Principem
 Anhaltinum Secretarius:

O Herr weiß mir deine Wege,
 Daß ich geh der Wahrheit Stege,
 Halt mein Herze dahin allein,
 Daß ich fürchte den Mahnen dein. k)

k) *Jenckius* l. c. Thimon. II. n. 3.

M. Abrahamus SAVRIUS, Jctus Hassiacus: *Ecce! Einer
 achts, der ander verlachts, was machts? l)*

l) Vide *Ejus* Guldenes Vließ post Prætationem, ubi *M. Caspar Stur-*
nus hoc sic explicat:

*Diversos diversa juvant, quod spreverit unus,
 Alter amat: CUNCTIS NEMO PLACERE POTEST.*

Franciscus Melchior SAVR in Schreirhof, Jctus & S. C. M.
 Confiliarius: *Deus Providebit.*

Michaël SAXO, Aulæ Ordruvianæ primum Ecclesiastes &
 deinde Pastor Wechmariensis in Thuringia: *Messia Salvatore. m)*

m) Pi a hoc Symbolum ex literis initialibus Nominis sui formavit sibi
Michaël Saxo, Theologus pius & Historicus præstans, quod *Daniel*
Meißnerus a Commothau, Poëta Cæsareus, ita explicavit:

SALVATOREM meo MESSIA, jam omnia vincam,
 Quæ male molitur fors furibunda mihi,

Vide

Vide Carmina P. III. *Ænigmatologiae Biblicae Saxonis* præfixa, edit. Lipsi. in 8, Ipse vero *Saxo*, in libello suo *Euchologico*, perpulchre sic:

M. S.

MESSIA SALVANTE, crucis leve pondus habebō.

MESSIA SALVANTE, tremo nil crimina fœda.

MESSIA SALVANTE, necem non horreo amarā.

MESSIA SALVANTE, orci nil claustra timebo.

MESSIA SALVANTE, rubrum calcabo Draconem.

MESSIA SALVANTE, hilaris cum corpore surgam.

MESSIA SALVANTE, ut ovis, stabo ante tribunal.

MESSIA SALVANTE, Poli sacra regna subibo.

MESSIA SALVANTE, Deum spectabo per ævum.

MESSIA SALVANTE, Deum celebrabo per ævum.

Posterius sequentibus literis designavit:

W. E. D. D. S. E. N. h. e.

Was traust du doch, Gott lebet noch.

Cur, homo, te curis maceras, vultumque animumque

Demittis, ceu jam jam subiturus humum?

Desine, & erecto vultuque animoque tuere

Sidera; vivit adhuc, qui regit ista, Deus.

Et quoniam is vivit, devota voce roganti,

Crede mihi, auxilium consiliumque dabit.

Vide Tom. IV. *Chronici Cæsarei Saxonis* p. 494. Confer *Conc. funebr.* & *Epicedium M. Jo. Vilckii* ut & *Weissii Manipulum Symbolor.* p. 9. sq.

Josephus Justus SCALIGER, Julii Cæsaris Filius: *Fuimus*

Troës! n)

n) *Popeblount* in *Censura celebr. Author.* p. m. 569.

Quirinus SCHACHERVS, Phil. & J. U. D. Prof. Publ. Lipsi. *Judicii*que *Appellationum Elect. Saxon. Consiliarius: Pie vivere & sancte mori.*

Gothardus Franciscus Comes a SCHAFFGOTSCH, Proto-notarius Apostolicus, Ecclesiae Uratisl. Cathedralis Præpositus &c. *Servire DEO vera libertas.*

M. Martinus SCHALLERVS, Reipublicæ Budissinæ Senator & Scholæ ibidem Inspector: ΘΥΜΕ ΒΛΕΨΟΝ ΑΝΩ. ΜΕΝΣ ΜΕΑ ΣΥΡΣΥΜ. o)

o) Vide *Epitaphia Budissinensia* p. 47. Ubi & hæc Explicatio:

T

O mea

O mea mens sursum! in cælo tibi prospera sedes.

Cuncta alia intereunt: teçta superna manent.

Johannes SCHARFFIVS, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Wittebergensis: *Malo conscientiam præ scientia.* *

* Man sagt von Ihm: Scharffius interdum Stumpfius esse solet.

Martinus a SCHAVMBVRG, Episcopus & Princeps Eystadianus: *Commendo rem Deo. Ich setz Gott heim.* p)

p) Vid. Robertum Turnerum Devonium, Epist. XXIX. p. m. 64. Edit. opt. Colon. MDCXV. in 8.

Samuel SCHELIVS, Jctus Soraviensis: *Ferendum & sperandum; Item: Ille fert divina Voluntas.* q)

q) Vide Magni Literatos Soravienses p. 35.

Johannes SCHERER, Sac. Cæs. Maj. in Excelso Regimine inferioris Austriae Confiliarius: *In Cruce † Gloria.*

Johannes Adamus SCHERZERVVS, SS. Theol. D. ejusdemque Prof. Publ. Lipsiensis Primarius &c. *Moriatur anima mea mortem Rectorum.* r)

r) Num. XXIII. v. 10. Er studierte erst Medicinam, daher er die Wissenschaft erlanget, den Balsam zu præpariren, welcher von ihm der Scherkerische Balsam heisset; Conf. Meintelii Theologus Philiater p. 45. sq.

Christophorus Lib. Baro a SCHLEINIZ, Cæs. Consil. Imperialis: *Orando, Sperando, Laborando.* s)

s) Frenzelius P. I. Epigr. p. 50.

M. Johannes SCHLEMMIVS, Concionator Aulicus Jenensis: *Premor non opprimor.*

Bonaventura SCHICKFVSIVS, Senator Reip. Suebustensis Primarius: *Alles nach Gottes Willen.* t)

t) Jenckius l. c. Thim. III. n. 6.

M. Jacobus SCHICKFVSIVS, Suebustensis, in illustri Bregeo Rector & Instit. Imperial. Professor: *In Spe sustentor.* u)

u) Vid. Jo. Heermanni Aulæum Schickfusianum n. XII.

Martinus Jacobus SCHICKFVSIVS, Francofurtanus, Jacobi filius: *Moderata Juvant, Servantque Freqventer.* w)

w) Evolve Christophori Albini Thimoniam Carminum Miscellorum in hoc

hoc Symbolum, Martino Jacobo Schickfusio, Francofurtano March.
dicatorum & Olsnæ Siles. 1610. 8. editor.

Johannes SCHILTERVS, J. U. D. & Scabinatus Lipsiensis
Senior: *Non confundar, quia Christus spes mea.*

Christophorus SCHLEVPNERVS, SS. Theol. D. & Superin-
tendens Generalis Baruthensis:

*Quid mea Vita? Dolor, Fortunæ turbo, labores,
Gratia quos celsi temperat alma Dei.*

Hic te Christe mea portavi cordis in arca:

Illic ætherea me quoque in arce geres. x)

x) Krügerus l. c. p. 62. a.

Johannes Andreas SCHMIDT, SS. Theol. D. Ejusdemque
& Antiqq. Sacrar. Prof. Publ. Helmstädiensis ut & Abbas Mariæval-
lensis: *Jesum Amare Sapientia Prima.*

M. Ulricus SCHMIDIUS, Theologus Ulmenfis: *Portio mea
Dominus; Item: Amor meus crucifixus est. In Cruce fixus amor
meus est. y)*

y) Vid. Gätzii Meletemata Annæbergensia p. 256.

Martinus SCHMIDT, Jctus & Consul Breganus: *Post nu-
bila Phæbus; Item: Disce mori.*

Benjamin SCHMOLCK, Pastor Primarius & Inspector Mi-
nisterii Svidn. ad SS. Trinit. Ædem: *Beati Spe.*

Martinus SCHMOLCK, Pastor Brauchitschdorffensis in Du-
catu Lignicensi, Presbyterii que in circulo Waldaviensi Senior:
Meliora Speremus!

Matthæus SCHMOLL, Pastor Kindsbergensis: *Patimur ut
potiamur.*

Vincentius SCHMVCCIUS, SS. Theol. D. Professor & Su-
perintendens Lipsiensis: *Fides Victoria Nostra. z)*

z) *Qui vivus multos vicit durosque labores,*

Qui Vitæ vicit mille pericla suæ.

*Qui vicit Satanz insultus, odia atque malorum,
Is tandem & vicit tela inimica necis.*

Quam bene vicisti VINCENTI? gloria quanta

Te manet inque solo, te manet inque polo.

D. Höe in Epiced.

Pugnatum satis est, VINCENTI: pausa laborum est,
 Nilque mali, evicto mortis agone, super.
 Scilicet alma fides retulit vi sospite palmam,
 Perpetis hinc Vitæ pulchra corona datur.

D. Henricus Höpffnerus in carmine Orat. funebri subjecto:

Cum lecto rursus affigeretur, fide vera in Christum & expectatione
 beatæ analyseos, omnem morbi vehementiam superavit, implens Sym-
 bolum suum: *Fides Victoria nostra*. D. Höpffnerus in Orat. funebri,
 D. Weissius l. c. p. 11.

Conrad Victor SCHNEIDER, Med. D. ac Prof. Publ. Witte-
 bergensis: *Pietas fundamentum Virtutum reliquarum*.

Johannes SCHNEIDEWINVS, J. U. D. Antecessor & Consi-
 storialis Wittebergensis: *Nec Spe, Nec Metu*. aa)

aa) Theandri Lutheri domesticus & Convictor Decennalis fuit hic Schnei-
 dewinus, magnus & religiosissimus Jctus, sicut ab Erasmo Schmidio
 in Oratione parentali D. Friderici Balduini p. 27. vocatur. De cujus
 pietate & justitiæ studio abunde testari possunt vel sola ea, quæ in Bi-
 bliotheca ipsius, pro quotidiana Regula vitæ sibi ipsi præscripta, & pe-
 culiari tabellæ inscripta, post obitum inventa fuerunt. *Quibus ipse sibi*
imperavit (ait Schmidius l. c.) ut verba habent: *Mit allem Fleiß*
die Acten zu verlesen, und GOTT zu bitten, daß ich nicht aus
Gunst, Neid oder Haß, auch Ungewisheit, ein falsches Ur-
thel spreche, dieweil dieselbige Stunde, da ich richte und
Urthel spreche, GOTT über mich auch richtet, und Urthel
spricht. Item, daß GOTT mich, mein Weib, Kinder und Ge-
sinde behüten wolle vor Sünden und Schanden, für Gefahr
Leibes und der Seelen, und daß er in der Vocation bey uns
stehen, und unser Haus, Hoff und alles, so er uns bescheret,
gnädiglich behüten, erhalten und segnen wolle. Desglei-
chen im Consistorio 1. Auf reine Lehre helfen mit acht haben.
2. Über die Prædicanten zur Billigkeit helfen halten, quia sunt
Legati Dei, & qui eos recipit, Christum recipit, & ut moneantur of-
ficii sui in prædicanda penitentia & lege. 3. Daß die Unkeuschheit
gestraffet werde: & ut Magistratui ea de re sedulo scribatur, ut
sacras literas non perturbet. Was auch sonst öffentliche La-
ster sind, daß dieselbige gestrafft, & ut propterea Magistratus
 ersu

ersuchet werde. *Denique agere DEO gratias pro omnibus beneficiis, & orare pro regimine Ecclesiastico, Politico & Oeconomico.* Hactenus B. Schneidevvinus ἀπολαξεί. Conf. Oratio Joachimi Beustii de Schneidevino & D. Jo. Zangeri Orat. in Jubilæo Witteb. habit. 1602. quorum uterque Schneidevvinianum Symbolum commendat; Nec non imagines & Elogia literis illustr. Viror. Nic. Reusneri p. 315. Petrus Albinus, Poëta & Historicus, de Symbolo Schneidevvinii ingeniosum hoc composuit Epigramma:

Spem lucri sepone, metum sepone pericli,

Juris Consultus si cupis esse pius.

Si quid sperandum, cum juste dicis agisque,

Speranda in cœlis præmia larga tibi:

In terris autem merces anguina. Quid inde?

Non est, cur metuat mens tua justa mala.

Omni tuens Rector justos defendit Olympi:

Hinc nec spe, facias tu, nec, iniqua, metu.

Conf. Weissium l. c. p. 31. sqq.

Georgius a SCHOEBEL & Rosenfeld, Sac. Cæs. ac per Hung. & Bohem. Regiæ Majestatis Consiliarius, Canonicus Magdeburgensis, inque Societate Palmifera *Der Himmlischgesinnte* dictus: *Terrenis præstant cœlestia rebus.*

Abrahamus a SCHOENBERG, Consiliarius Saxo-Electoralis intimus ac Rerum Metallicar. Præfectus: *Non opus est gravius quam bene posse mori.*

Georgius SCHOENBORNERS, Freist. Sil., Consiliarius & Com. Palatinus Cæsareus ut & Fiscii Regii per Silesiam Patronus: *Gratis Sola Fide Salvamur.*

Cornelius SCHONÆVS, Goudanus: *Nullum simulatum diuturnum.* bb)

bb) Quod ipse P. III. Terentii sui Christiani p. m. 251. ita explicat:

Quicquid fucato nitet, arridetque colore,

Æthereas, velut fumus, vanescit in auras.

Gregorius SCHOENFELD, SS. Theol. D. & Professor Marpurgensis: *Γενγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε.* cc)

cc) Matth. XXVI, v. 41.

Johannes Ernestus SCHOSSERVS, J.U.D. *Vim SORTIS & MORTIS non timet FORTIS.* dd)

dd) Vid. *Guil. Alardi* Epigr. Pia L. III. p. 213.

Carolus SCHROETERVS, Doctor Medicus & Reip. Zittav. Physicus: *Christe Salva Me Domine.* ee)

ee) *Evolve Grundmanni ossa & cineres* A. 1717. defunctorum in Addit. p. 52.

Christophorus SCHROEDTERVS, Med. D. & Archiater Güstrovienſis: *Omnia mihi Christus.*

M. Johannes SCHROETERVS, Pastor ad D. Laurentii Norimbergæ: *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* ff)

ff) *Kriegerus* l. c. p. 166. a.

Henninges SCHROËRVS, Archi-Diaconus Jauraviensis ad Ædem Spiritus Sancti: *Heres Sum Christi.* gg)

gg) Vide *Schwerdtneri* Funffzig-jähriges Gedächtniß der Evangelischen Fürstenthums-Kirchen vor Zauer p. 162.

Georgius SCHROTL, a Schrotenstein, Rudolphi II. Imp. nec non Matthiæ II. Reg. Hung. Consiliarius: *Malo mori quam fœdari.*

Andreas Christophorus SCHVBARTVS, SS. Theol. D. Halæque Saxonum ad D. Mauritii Pastor & Scholarcha: *Meus Amor Crucifixus Salvator.*

Georgius SCHVBARTVS, Professor Historiar. & Eloqv. Jenensis: *Æterna sequamur.*

Matthæus SCHVBARTVS, Suidnicensis Silesius: *Mentis Solamen Spirituale Salus.* Item: *Mærorem Solatia Summa Sequuntur.* hh)

hh) Vide *Zachariæ Hoffmanni* Anagrammata ex duodenis Civium suorum Nominibus collecta & Fr. ad Od. 1600. 4. edit. Lit. A. 3. col. 1. Ubi hoc sic exposuit:

Vita isthæc hominum misere quam ducimus omnes,

Est labor atque inter gaudia rara dolor.

Heu quantas variis fortunæ casibus acti

Sufferimus passim mente dolente vices.

Vivimus in terris inter Scyllæa, nec unquam

Ex oculis nigræ mortis imago venit.

Sic dubiis animis sic spe trepidante perimus.

Sic spretis ævum degimus omne bonis.

Verum

Verum inter curas tantas, tantasque procellas
 A nostra præsens parte stat ipse DEVS;
 Auxilioque suo solatur sponte misellos
 Vultque preces serio quas damus esse ratas.
 Spondet hic æthereas, cœlestia gaudia, sedes,
 Successuque pios prosperiore beat.
 Tu quoque in adversis animo frangere caveto,
 Intus sive premat fors mala sive foris.
 Quin potius tolerare famem, Vim, Vulnera & ipsam
 Mortem, VIRTVTI dulcia esse puta.
 Fer quod ferre juvat; Si fors violentior urget,
 Constanti Christum speque fideque roga.
 CHRISTVS sola SALVS TVA, sola fiducia Christus;
 Christus ubi est præsens HIC METVS omnis AB EST,
 Præside nitaris tanto; Sic incola Cœli
 Cum prece, si fidei flamma manebit, eris,
 Aspectu Dei alloquioque fruëris ibidem,
 Cumque illo æternas participabis opes.
 Vita ubi sine carens, ubi pax, ubi gloria, ubi alma
Mentis Solamen Spirituale Salus.
 Cernis? Mærorem Solatia Summa Sequuntur,
 Firma modo in firmo perstet amore fides.

Johannes Jacobus SCHVDTIVS, Gymnasii Mœno-Francofurtani Con-Rector: *Quo pia fata volunt.*

Ambrosius SCHVLTISIVS, Notarius Publicus, Collega & Bibliothecarius in illustri Bregæo: *Nulli gravis, omnibus usui.* ii)

ii) Vide Heermanni Lemmata Symbol. L. II. n. 8. Ejusdem Epigr. p. 170.

M. Christophorus SCHOLTZIVS, Uratisl., Ecclesiæ Elisabethanæ Patriæ Pro-Pastor & Gymnasii ibidem Professor Publicus: *Christus Scopus Vita.* kk)

kk) Calagius in Octostichis Symbol. Theologor. Uratisl. Gruterus in Del. Poët. germ. P. II. p. 1070.

M. Johannes SCHOLTZIVS, Ecclesiæ Mario-Magdal. Uratisl. Pastor: *Sanguis JESU Christi Clavis Paradisi.* ll)

ll) Calagius l. c. Exnerus l. c. p. 178. Heermannus Lemmatum Symbol. L. II. n. 2.

M. Johannes David SCHVLTZIVS, Chemnicensis Misnicus,
 Pastor

Pastor Auerswaldensis in Diœcesi Chemnicensi: *In Deo Semper Constanter Manebo.* mm)

mm) Vide *Das Andencken der Chemnitzischen Geistlichkeit* p. 54.

Laurentius SCHOLTZIVS, Medicinæ Doctor & Practicus
Uratislaviensis: *Fac Officium. Deus providebit.*

Matthæus SCHOLTZIVS, Svidnicensis Silesius; *Me Sperantem Servabit Salvator.* nn)

nn) Teste *Lauterbachio* im *Graustädtischen Zion* p. 445.

Petrus SCHVLTZIVS, J. U. D. & Prof. Publ. Ordinarius in
Univerſitate Francofurtana: *Prudenti Simplicitate.* oo)

oo) Vide *Georgii Petri Schultzii* Ep. I. de *Claris Marchicis* p. 15. Ultima
ejus *Disputatio de Citatione Edictali* maxime notabilis, & ut exitus docuit,
ominosa fuit, quippe paulo post diem obiit supremum.

Jo. Balthasar SCHVPPIVS, SS. Th. D. & Comes Pal. Cæs. antea
in Academia Marpurgensi Prof. Publ. postea Ecclesiæ Hamburgensis
ad D. Jacobi Pastor: *Domine, da mihi nosse Te, nosse Me, nosse Mundum.*

Anna Maria a SCHVRMAN, Belgica doctissima: *Amor meus
Crucifixus est.* pp)

pp) Vide *Eberti Cabinet des gelehrten Frauenzimmers* p. 321.

Johannes SCHWEBELIVS, Theologus Bipontinus, toto reliquo
a Pontificia religione relicta Vitæ suæ tempore frequentissimo sermone,
Cantico sanctissimi illius Senis Simeonis: *Nunc dimittis servum tuum Domine in Pace, quia oculi mei viderunt salutare tuum,* se tanquam symbolo perpetuo oblectavit. qq)

qq) Ita enim perhibet *Scriptor. Vitæ Schwebelii* p. m. 3.

Caspar a SCHWENCKFELD, ab Ossig, Eques nobilis Silesius
& Fanaticus: *Nil Christo triste recepto.* rr)

rr) *Krügerus* l. c. p. 53. b.

Georgius Tobias SCHWENDENDORFFERVS, Norimbergensis,
J. U. D. Prof. Publ. Lipsiensis, Facultatis Juridicæ Ordinarius,
Electoralis & Ducalis Curiaæ supremæ Provincialis Assessor, Canonicus
Martisburgensis, Academia Decemvir &c. *Christi meritum meum est solatium.* ss)

ss) Observare etiam licuit hæc meditationibus præfixa & ad Nomen alludentia
verba: *Gratia Tua Suscipiat Nos Domine.*

Franciscus

Franciscus SCHWERTIVS, Antverpiensis: *Ama latere.*

M. Christianus SCRIVERIVS, Concionator aulicus Primarius
Quedlinburgensis: *Quasi morientes, & ecce vivimus. 2. Cor. VI. v. 9.*

Petrus SCRIVERIVS, Harlemensis Belga: *Legendo & scriben-
do. tt)*

tt) Vide *Meursii Athenas* Bat. L. II. p. 221.

Henricus SCVLTEIVS, Jctus, Consiliarius Trachenbergi-
cus: *Vicisse voluptatem voluptas maxima. uu)*

uu) Vide *Heermanni Epigr.* p. 330. *Calagii Epigr.* p. 188.

Tobias SCVLTEIVS, J. U. D. Regique per Silesiam & Lusat.
infer. Fisci Patronus: *Unde & Quo. ww)*

ww) Evolve *Exneri Sched. Poet.* p. 421.

Johannes SEBALDVS, Templi Cathedralis apud Bregenses
Diaconus: *In Silentio & Spe fortitudo nostra; Ef. XXX. v. 15. xx)*

xx) *Jenckius* l. c. *Thim.* II. n. 2.

Matthæus SEIDELIVS, apud Olavienses Notarius: *Virtute
parata durant. yy)*

yy) *Idem* l. c. *Thim.* I. n. 8.

Adamus SEIDLERVS, apud Olavienses Pharmacopœus
peritus: *Adfuit, Aderitque DEVS. zz)*

zz) *Idem* l. c. *Thim.* II. n. 9.

Johannes SELDENVS, Eques Anglus longe eruditissimus:
Περί παντός ἐλευθερία. aaa)

aaa) Vid. *Popeblount* l. c. p. 695.

Johannes Christophorus SELDIVS, SS. Theol. D. Super-
intendens generalis, Professor & Scholarcha Primarius Coburgi:
Minor sum, Domine, cunctis miserationibus tuis. bbb)

bbb) *Genes. XXXII. v. 10.* Hunc tres cum primis suis commendare semper
consuevissent Præfationes, nimirum 1. *D. Glassii* in *Biblia Vinariensis* sive
Ernestina; 2. *Matthæi Flacii Illyrici* in *Glossam Compendiarium Novi*
Testamenti, & denique 3. *D. Nic. Hunnii* *Δασκίψει* *Theologicæ de*
fundamentali Dissensu Doctrinæ Evangelicæ Lutheranae & Calvinianæ
sive Reformatæ præfixam, refert Crenius l. c. *Tom. V. p. 39.*

Nicolaus SELNECCERVS, SS. Theol. D. Prof. & Diœceseos
Lipsiensis Superintendens: *D, N, S. i. e. Dominus Novit Suos ex*

U

2. Timoth.

2. *Timoth. II. v. 19.* Item: *In manibus tuis sortes meae* ex *Pfal. XXXI. v. 16.* quod huic disticho inclusit:

*Sum tuus, inque tuis manibus mea tempora Vita,
Nemo nocere mihi, te prohibente, potest.* ccc)

ccc) Vide *Zeumeri Vitas Prof. Theolog. Jenens.* p. 65. *Krügerus* vero *l. c.* p. 205. a. adhuc aliud, nimirum hoc illi attribuit Symbolum:

Sis patiens: si vis sapiens, & sanctus haberi.

Calvinistarum acerrimus fuit adversarius, variasque contra illos edidit lucubrationes; hinc e contra satis acerbe illum perstringit Greg. Bersmannus P. II. Poematum p. m. 163. p. 272. & alibi passim; imprimis vero p. 273. ubi illum vocat: Das Docterlein mit dem Klein Beinlein, additis hisce versiculis:

Cum tibi vix totus sit pes procerior ulna,

Cur nanum dici te, Selenece, doles?

Ingenio qui te vanum, qui corpore nanum

Finxerat, haud causam nesciet ille suam.

Ast ego non nanum modo, te, sed iudicio monstrum

Corpore, doctrina, moribus, ingenio.

Sed Sathanæ monstrum: qui cum transire figuras

In cunctas possit, proditur ungue suo.

Andreas SENNERTVS, Sanctæ & Orientalium Linguarum in Academia Wittebergensi per annos L. fere Professor, Academiae Senior, quippe Octagenario major, & Bibliothecarius, delectabatur hoc Abrahami Genes. XXII. v. 8. יהוה יראה Dominus Providebit.

Christophorus SERTORIVS a Glogwitz, Nobilium in Aula Imp. Præceptor: Durant Virtute parata. ddd)

ddd) Vide *Latochii Laurifolia* p. 137.

Jeremias SETSERVS, Suidnicensis Silesius, Jctus, & Francofurtensis Academiae Prof. Publ. Ordinarius: Deo, Republica & Amicis.

Johannes SEVSSIVS, Saxo-Electoralis Secretarius in Proto-Synedrio Dresdensi: Non dormiet, qui te custodit, Dominus. eee)

eee) *Omni doctrinarum genere excultus & insignis fuit Poeta Seussii, sacrisque hominibus ita addictus, ut vulgo Pastorum Tutor, der Priester Vormund, appellatus fuerit; Vid. Valentini Hartungii Carmen gratulat. in Natalem Seussii. Symbolum, quo fiduciam suam in divina custodia posuit, ex Psalmo Davidis CXXI. v. 3. hausit, & circa insignia sua,*

sua, tres scilicet *alaudas*, scriptum habuit, quo de venustissimum Epigramma composuit *Jo. Wanckelius*, Professor Wittebergensis, quod extat in Volumine II. scriptor. Academicor. ab ipso editor. p. 621.

In *alaudas* & Symbolum

Viri CL. Joh. Seuffii, Dresdæ

Id. Mart. 20. M. D C. III.

Quid sibi velle putem, SEVSSI optime, *trina* quod alas
Æquora per clypei pandit *alauda* tui?

Quid? nisi quod *Divæ* sibi tres in pectore sedem,
Musa, *Themis*, *Pietas*, constituere tuo.

MVSA Duces celebrat: THEMIS adjuvat æqua clientes:
Inservit PIETAS officiosa Deo.

Libertas, servire Deo, est. *At mundus alaudis*,
Ni caveant, caveas saepe necemque parat.

Officium fac porro tuum? NON DORMIET unquam
QVI TE CVSTODIT, Jane, tuosque, DEVS.

Confer *Weissium* l. c. p. 50. sq.

Abrahamus SEYLERVS, Inferioris Judicii Provincialis Ducat. Uratisl. Præses & Reipubl. Patriæ Uratisl. Secretarius: *Domine conserva me in veritate tua.* fff)

fff) *Exnerus* l. c. p. 466.

Franciscus a SICKINGEN, incomparabilis ille (ut laudatur Auctori *Vitæ Johannis Schwebelii* præfixæ *Centuriæ Epistolarum Theologicarum* eundem ad *Joh. Schwebelium*; edit. Biponti anno MDC.V. 8.) magna virtute, zelo fervente & spiritu æstuante præditus hæros excellentissimus, Vir nobilissimus, qui inter primos Evangelii Professores etiam veritatem Evangelicam magno animo non modo est amplexus: sed etiam præter alios athletas, seu fidei pugnatore contra hostes quoque suos pro aris & focis proprio sanguine strenue dimicavit; Symboli loco Philosophicum axioma fertur in ore habuisse: *NIHIL SINE CAUSA*; quo etiamnum quosdam gentilium ejus uti, refert *Melchior Adamus* in *Vitis Germanor. Theologor.* p. m. 64.

Wolfgangus SILBERVS, Pastor Gryphimontanus in Silesia:
Spera in Deum & ipse perficiet. ggg)

ggg) *Evolve Ejus Fasciculum Concionum memorabilium* p. 559.

Paulus SIMMLERVS, Medicinæ Doctor & Physicus Svinfur-
thenfis: *Adversantè DEO nulla medela juvat.* hhh)

hhh) *Krügerus* l. c. p. 213. a.

Henricus SMETIVS, Med. D. & in Acad. Heidelberg. Profes-
sor: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in Bonum* Rom. VIII, v.
28. iii)

iii) *Non Timentibus Dominum*, ut adduxit *Job*, *Henr. Hottingerus* in *Chri-
stiano Viatore* c. IV. p. m. 56. edit. Tigur. 1666. in 12. Vide sis *Nean-
dri Natalitia Medicinæ* p. 309.

Jacobus SNELLIVS, ἔυχῆς δικαίας ἐκ ἀνήκοος Θεός. E senten-
tiis Monostichis; Conf. Psal. CXLV. v. 18. 19. Jacob. V. v. 16.

Georgius a SNOILSKY, S. R. M. Succiaæ Consiliarius: *Com-
menda Domino vias tuas.*

Georgius SOHNIVS, Theologus & Professor Heidelbergens-
is: ἡ ἐλπίς ἐκκαταχύνει; Rom. V, 5.

Franciscus SONNIVS, Episcopus Antverpiensis: *Sine Onere
Nihil.* kkk)

kkk) *Sweertius* in *Monumentis Brabantiaë* p. 15. 18. & 55.

Johannes SPANGENBERG, Superintendens generalis Co-
mitatus Mansfeldensis: *Doctrinam falsam vitæ cane pejus est angue.* ll)

ll) *Krügerus* l. c. p. 167. a. *Kindervater* in *Notdhusa Illustrci* p. 254.

Fridericus SPANHEMIVS, Sen., SS. Theol. D. & Professor
Leydenfis: *Iliacos intra muros peccatur est extra.* Horat. I. Ep. II. 16.

Fridericus SPANHEMIVS, Jun., itidem SS. Th. D. & Professor
Leydenfis: *Veritatem est Pacem diligite.* Zach. VIII, 19.

Philippus Jacobus SPENERVS, SS. Theol. D. Regiique
Consistorii Consiliarius & Præpositus ad D. Nicolai Berolinensis:
וְכִרְתִּי מִשְׁפָּטֶיךָ מֵעוֹלָם יְהוָה וְאֶתְנַחֵם

Felix SPITZIVS, J. U. D. & Prof. Publ. Altorffinus: *Fide Soli
DEO.*

Nicolaus STÆFVENISSE, Civitatis Vlissinganaë Senator &
Syndicus: *Animum Rege.* mmm)

mmm) Explicat hoc *Arnoldus Geulinck*, Antverpiensis, in *Dedicatione
Saturnalior.* editor. Lugd. Batav. 1615, in 12.

Johan-

Johannes Ernestus STAHLIVS, Professor Medicus Hallensis:
In te Domine speravi, non confundar in aeternum; Psal. XXXI. v. 2.

Christophorus a STAUDENHERTZ in Cremnitz, Lib. Bar.
 Melicensis Cancellarius: *Christi Acquiesco Sacrificio.*

Adamus a STANGE, Eques Silesius, Ducatus Lignicensis
 Praefectus: *Ab Uno Salus. nnn)*

nnn) Vide Taubmanni Schediasmata Posthuma p. 27.

Thomas STEGMANNVS, Jägerndorfensis, Theologus Tar-
 novitianus: *Tbesaurus Summus Innocentia. ooo)*

ooo) Aleutnerus Cent. XI. Epigr. Lit. b. 3. col. 2.

Laurentius STEINBERGER, Arithmeticus apud Olavienses
 eximius: *Invidia venenum sibi ipsi. ppp)*

ppp) Jenckius l. c. Thim. II. n. 11.

Simon STEINIVS, Pædagogii Heidelberg. Professor: Ἐστὶ
 πορισμὸς μέγας ἢ εὐσεβεία μετὰ ἀυτάρκειας; 1. Timoth. VI, v. 6. qqq)

qqq) Hottingerus l. c. p. 58, ita citavit hoc Symbolum: Ἀυτάρκεια μετ'
 εὐσεβείας, πορισμὸς ἐστὶ μέγας.

Vincentius STEPHANI, Primus August. Confess. Pastor Ra-
 vicensis in Polonia:

Vincenti mundi, Carnis Satanaeque furores

In caelis vitae pulchra corona datur.

Henricus STEPHANVS, J. U. D. Sacraeque Cæs. Maj. Consi-
 liarius & Camerae per utramque Silesiam Fiscalis: *Judicium hoc*
omnium mortalium est, a Diis immortalibus petendam esse fortunam,
a se ipso sumendam esse prudentiam. rrr)

rrr) Vide Tileni Poëmata p. 599.

Wolfgangus STIRIVS, Professor Magdalenaus Vratislaviae:
Dominus Providebit. sss)

sss) Vide Carmina in Ejus Nuptias Lit. A. 3. col. 2. & Lit. D. Ubi sele-
 ctum hoc Symbolum inprimis *Abrah. de Franckenberg* ita exponit
 egregie:

Est in Amore Labor; Labor est in Honore; Dolorque;

In Requite labor est; inque Labore QUIES.

Ergo laborandum & sperandum est omnibus: IPSE,

Qui bene PROSPICIET, cuncta DEVS faciet.

U 3

M. Caspar

M. Caspar STOLSHAGIVS : *Christo Duce, Comite Cruce, Pe-
dissequa Victoria.* ttt)

ttt) *Frentzelius P. I. Epigr. p. 55.*

M. Bonifacius STOELTZLIN, Ulmenfis, Pastor in Ruchheim:
M. B. S. V. i. e. Mein Begierd Steht Ueber sich.

Georgius STOLZIVS, Cöbena-Silesius : *Auxilium meum a
Domino.* uuu)

uuu) *Vide Heermanni Epigr. p. 324.*

Octavius de STRADA, Antiquarius & Civis Romanus : *In
labore meo Requies.*

Georgius Wilhelmus STREIT ab Immendingen, S. C. M.
Consiliarius & Regens citerioris Austriae : *Suffultus ad Sydera tendit.*

Aurelius STREITBERGER, SS. Theol. D. Superintendens
Curiae Voitlandiae : *Qui non est Crucianus, non est Christianus;*
Item: *Alle Stundt Creuz.* www)

vvvvv) *Krügerus l. c. p. 35. a.*

Samuel STRYKIVS, Jctus, Regis Prussiae Consiliarius inti-
mus, Professor Juris in Academia Fridericiana Primarius &c. *Fa-
mam verentur Plerique; Conscientiam Pauci;* Plinius L. III. Ep. XXX.

Johannes Samuel STRYKIVS, filius, J. U. D. & Professor in
Academia Halensi Ordinarius : *Iuste, Sancte, Sincere.*

M. Gregorius STRIGENITIVS, diversarum Ecclesiarum
Doctor, & tandem Superintendens ac Consistorialis Misnensis :
Estote Prudentes, sicut Serpentes, Simples sicut Columba. xxx)

xxx) Hoc dictum Christi, quo Apostolos suos Matth. X. v. 16. instruxit,
scitum suum esse voluit *Strigenitius*, cujus memoriam etiam in annulo
signatorio, cui figura serpentis & columbae fuit insculpta, circum-
gessit. D. Andreas Libavius, tunc Professor & Poeta Jenensis, post
Gymnasii Coburgensis Director, ita illud illustravit:

Salvator ad Discipulos:

In medios, jubeo, ite lupos, mea turba, bidentes,
Et rabiem stimulis sollicitate meis.

Qualiter objectant porrecta volumina cauti
Verberibus colubri, surripiuntque caput:

Ut miti ingenio est & simplice Chaonis ales:
Sic memores animo & moribus este pares.

Per-

Perdere cuncta juvet, servata mente fideque;

Nequitia vacuis purus inesto color.

Vide *Strigenitii Vale Thuringiacum* p. 51. sqq. & *Weiffii Manipulum Symbolorum* p. 6. sq.

Johannes Guilielmus STVCKIVS, πολυίσορ ille θαυμασίος, ut laudatur *Mich. Neandro* in Praefatione Explicationis Orbis terræ partium, frequenter in ore & animo habuit scitum illud *R. Levitæ* apopthegma e *Pirke Auoth* c. IV. quod & repetit in *Florileg. Hebraico. Job. Buxtorffius* p. m. 117. מִן מִן הָרִי שֶׁפֶל רוּחַ שְׂתִקוּת אֲנוּשָׁדְמָה id est: *Maxime humili spiritu esto, expectatio enim hominis sunt vermes.* yyy)

yyy) Ut refert *Caspar Waserus, Tigurinus*, in *Oratione de Vita & Obitu Job. Guil. Stuckii, Sacrarum Literarum Professoris in Schola Tigurina* p. m. 8. a. edita Tiguri 1608. in 4to. Confer *Bibliothecam Antiquam A.* 1705. p. 514.

Lazarus SVENDIVS, nobilis Suevus, tribus illis gloriosissimis Imp. Carolo, Ferdinando I. & Maximiliano II. quondam a secretioribus & bellicis consiliis: *Durat & Lucet Veritas.*

M. Caspar SVEVVS, Rector quondam & Professor Scholæ Leobergenfis: *Candide & Constante.* zzz)

zzz) *Evolve Eberti Leorinum* p. 62.

T.

M. Martinus TABVRNVS, Rector Scholæ Goldbergensis: *Sic vivas ut singulis momentis expetas gloriosum adventum Filii Dei, retinens fidem & Conscientiam bonam.* a)

a) Teste *Wencelio* in *Goldberga MSta.*

Fridericus TAVBMANNVS, Poëta & Professor Humanitatis in Academia Vitebergensi Clarissimus: *Medium tenere Beati.* b)
Vel: *Simplicitas astu bene fermentata triumphat.* c)

b) Vid. *Taubmannus Redivivus & Defensus* lit. h. 4. col. 1.

c) Referente *Crenio* l. c. P. XI. p. 138.

Abrahamus TELLER, SS, Theol. D. & ad D. Thomæ templum Lipsiæ Pastor:

*In JESV mea Vita meo: mea clausula Vitæ
Est: & in hoc JESV vita perennis erit.*

In

In Jesu leb ich hier: In Jesu schlaff ich ein;
In Jesu soll auch dort mein ewigs Leben seyn.

Carolus Erasmus TEZELIVS, Reipubl. Norimbergensis Senator: *Valeo si patria valet.*

M. Zacharias THEOBALDVS, Theologus Bohemus: *SUMMA Rerum humanarum labor & mæror.*

Petrus THEODORICVS, J. U. D. & Ordinarius in Academia Jenensi: *Ἀπέχεσθαι καὶ ἀπέχεσθαι. Sustine & abstine. Leid und meid. d)*

d) Zeumerus in Vitis Professor. Jur. Jenensium p. 95.

Christianus THILO, Goldberga Silesius, Scholæ Suidnicensis A. C. addictæ Collega Primarius: *Christo Trabente Gaudens Sequor.*

Georgius TILENVS, Jctus & Poëta, Illustr. Pr. Olsnensis Consiliarius: *Ferendum & Sperandum. e)*

e) Exnerus l. c. p. 384.

M. Melchior TILESIVS, Gymnasii Bregensis Rector: *Novit Dominus qui sint sui ex 2. Timoth. II.*

Negligat ignotum sibi, quid tum? negligat Orbis:

Si modo tu noris me, pie Christe, sat est. f)

f) Vide *Ejus* Memoriam Fr. ad Viadr. 1604. in 4to. edit. Lit. E. 4. circa finem.

M. Nathanaël TILESIVS, P. L. C. & Ecclesiarum Lib. Bar. Melicensis Superintendens: *Contra Spem in Spem. g)*

g) Vide *Heermanni* Epigr. p. 429.

Gottlieb Gerhard TITIVS, J. U. D. Ordinarius in Academia Lipsiensi &c.

Nulli sis blandus, sed verus & omnibus æquus;

Vox clamore vacet, sit sine lite sonus. g)

g) Obiit in Rectoratu suo Academico A. 1714. d. 10. April. & suo exemplo denuo comprobavit falsitatem dicterii: *Rectores Universitatis Lipsiensis esse immortales.* Hinc Kindervaterus in Nordhula Illustri p. 326. hunc in modum scribit: *Das Sprichwort führte man ehdesen, dieweil der Todt derer Herrn Rectorum Magnificorum der Universität Leipzig gleichsam vergessen und an die 241. Jahre um sie hin gegriffen: Nach der Zeit wurde er auch ihres Purpurs gewahr, drum musste in diesem Orden Anno 1651. den Anfang zu sterben machen, Herr Christophorus Preibisius, J. U. D., da er sein Leben auf 72. Jahre*

72. Jahre

72. Jahr gebracht, und das Rectorat zum dritten mahl verwaltete, Confer. *lrenai Carpenterii* Eruditorum *Czilibum* Centuria p. 47. sq. Dem folgete als Rector mortalis Anno 1679. Herr Gothofredus Schilterus auch J. U. D., drauff schonete der Todt 26. Jahr, nach deren Verfließung er Anno 1706. abforderte Herrn Joh. Christianum Schambergium, Medicinæ Doctorem & Academiæ Lipsiensis Rectorem, welchem in gleicher Qualität auch Herr D. Ticius gefolget. Es zielet dahin Herr D. Johann Dornfeld, SS. Theol. Prof. und Superintendens zu Leipzig in seinem Carmine funebri, wenn er schreibet:

Eludit fatum Canones, quos credimus; Omne
Trinum perfectum, Rector & haud moritur.

Oraculum nostrum, TITIVM, commune decusque,
Quartum Rectorem mors inopina rapit.

Sufficiat, numero satis heu! utraqve repleto,
Instar Cunctorum TITIVS esse potest.

Uxorem noster nunquam duxit, quod in Musarum, sanctissimarum puellarum, quam in uxoris amplexibus atque familiari conversatione, plus caperet delectationis atque oblectamenti.

Christianus THOMASIVS, Jctus, Consiliarius & Academiæ Fridericianæ Senior: *Recte faciendo.*

Godofredus THOMASIVS, Philologus & Medicus Norimbergensis: *Beata Tranquillitas.*

M. Jacobus THOMASIVS, Eloquentiæ Prof. Publ. Lipsiensis: *Meat Irremeabile Tempus; Item: Medio Ibis Tutissimus.*

Henricus Guntherus THVLEMARIUS, Jctus, S.C.M. a Consiliis & in Acad. Heidelbergensi Professor: *Nil dulcius est, quam certare ingenio, contendere nobilitate.*

Johannes Jacobus THVRMIVS, Augustanus, AA. LL. Magister & SS. Theol. Candidatus: *Fiat Voluntas Domini.* h)

h) Hæc Christianam resignationem vere spirantia verba in ore habebat frequentissime, & consignato a se peractæ vitæ curriculo præseribebat; Vide *Theoph. Spitzelium* in *Præcoce Maturitate* apud *Gatzium* in *Elogiis Præcoecium quorundam Eruditorum* p. 23.

Lævinus TORRENTIVS, Episcopus Antverpiensis: *Deum sequere.* i)

i) *Suercius* in *Monumentis Brabantiz* p. 26.

X

Joannes

Joannes TIMÆVS, Silesius, Poëta & Theologus Fraustadensis: *Ante Omnia JESVS.* k)

k) Symbolum hoc locum inter Anagrammata quoque meretur egregium, in quod *Val. Herbergerus* sic ludit:

Sit mihi Lux fidei, Dux Vitæ, ante omnia JESVS:

O Fidei & Vitæ Regula sancta meæ!

Vide *Lauterbachii* Vitam Herbergeri p. 132. & 211. *Conf. Jo. Heermanni* *Dragma Meletematum* Lit. a. 8. col. 1. & *Cunradi* *Epigrammata* L. IV. Lit. b. 7. col. 2.

Lucas TRELCAIVS, Pater, Theologiæ Prof. Publ. Leydensis: *Lilium inter Spinas.* *

* Hunc *Possevinus* T. II. App. S. f. m. 354. per fœdissimum errorem Scriptoribus annumerat Pontificiis, cui tamen celebre fuit nomen, ut est notissimum, inter Theologos Religionis Calvinianæ.

Lucas TRELCAIVS, filius, Theologiæ Professor & Minister Ecclesiæ Leydensis: *Prudentia & Simplicitate.*

Jacobus TRIGLANDIVS, Prof. Theol. & Antiq. Hebr. Leydensis: *Sublimis & imus.*

Johannes Cunradus TRABERTVS, Pastor Primarius Gröningensis: *In Christo Turus.* l)

l) Evolve *Leuckfeldii* *Antiquit. Gröningenses* p. 146.

M. Bartholomæus TRAVTMANN, olim Pastor in *Rabishaw*: *Glorior in solo sanguine Christe tuo.*

In deinem Blut Herr Jesu Christ,

Meine größte Freude und Hoffnung ist. m)

m) Vide *Ejus* *Concionem*: Die Keusch-berühmte Agneß in frontispicio, quam habuit Exul Wiesel ad Quisum A. 1659. in memoriam castæ hujus Virginis martyrio coronatæ.

Hieronymus TREVTLERVS, J. U. D., Consiliarius Cæsareus & Fiscii Regii per utramque Lusatiam Patronus: *Fortiter & moderate.* n)

n) Extat in illud Carmen *Jo. Lindneri*, *Lignicii* 1603. f. editum.

Johannes Christophorus TRIER, Ser. Ducis Saxo-Meinungensis Consiliarius Aulicus & Provincialis gemino utebatur Symbolo, prius ipsius erat: *In Christo Triumpho.*

Durch

Durch Christi Sieg und Huld bestieg ich Welt und Zeit,
Er bleibe mein Triumph auch in der Ewigkeit.

Posterius vero, quod circa ultimos vitæ annos sibi elegerat, hoc
fuit: *Iustus Coronabitur Tandem.*

Endlich bleibt Triumph und Cron
Doch noch der Gerechten Lohn. o)

o) Vid. Grundmanni Ossa & Cineres A. 1717. defunctor. In Addendis p. 44.

Johannes Hieronymus TRÜMMERER, J. U. D. & Consilia-
rius Saxo-Coburgensis: *Πολίτευμα nostrum in cælis.* p)

p) Krügerus l. c. p. 169. b.

David TSCHWITZSCHKIVS, Senator & Pharmacopœus
Wolaviensis experientissimus: *Nobile vincendi genus est patientia.* q)

q) Jo. Heermannus Lemmat. Symbol. L. II. n. 11.

Michaël TSETZNOVIVS, Pastor apud Suebusienses: *Sufficit
tibi gratia mea, nam Virtus mea in infirmitate perficitur.* r)

r) Jenckius l. c. Thim. III. n. 4.

Philippus TVCHSCHNER, Medicus & Physicus apud Sve-
busienses Ordinarius: *Nihil temere, Nihil timide.* s)

s) Idem l. c. Thim. III. n. 3.

Georgius TZRELA, Legatus ad Cæs. Maj. Eques Silesius
Literatissimus: *Nodos virtute resolvo.* t)

t) Frenzelius P. I. Epigr. p. 130.

V.

Elias VEIELIVS, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ecclesiarumq;
Ulmensium Superintendens: *Ανίκητον χεῖμα ἢ δικαία προσευχή.* a)

a) Constantin. M. in Orat. ad Cætum Sanctorum. Conf. Pippingium l. c.
p. 1677. ubi scribit: *Beati Symbolum fuisse desumptum ex Genes.
XXXII. v. 10.*

Balthasar VENATOR, Consiliarius Ducum Silesiæ Ligni-
censium: *Quid ad rem.* b)

b) Hinc Martinus Opitius in Sylvis, libro Epigr. Carmen habet, cui titulus:
in Symb. Balthasaris Venatoris: Quid ad rem.

Johannes VERGARA, Theologus Hispanus: *Sustine & ab-
stine.* c)

c) Vide Lexicon Eruditorum p. 2370.

M, Wilhelmus VEERPORTENN, Coburg, Ducat. Superintendens generalis: *Meam Vitam Voveo Vita Portitori.*

Franciscus Baco de VERVLAMIO, Cancellarius Angliæ doctissimus: *Moniti Meliora; Item: Mediocria firma.*

M, Petrus VINCENTIVS, Gymnasii Elisabethani Uratislaviæ Rector & reliquarum Scholarum Inspector:

*Pressa sub ingenti ceu pondere Palma virescit,
Sub cruce sic nostra est inspicienda fides. d)*

d) Vid. Ludovici Historia Scholarum P. V. p. 314. sq.

Arnoldus VINNIVS, J. C., & Prof. Ordin. facultatis Juridicæ in Academia Leydenfi: *Virtutis laus omnis in actione consistit. **

* Varia hic edidit scripta ad Jus spectantia, quæ magni æstimantur ab Eruditis. Inprimis vero *Commentarius ejus in Institutiones*, sæpissime recusus, capit Lectores ob floridum stilum, observationes item humaniores & Principia Juris bene satis explicata. Neque offenduntur prolixitate, sed majori cum voluptate quatuor paginas hic, quam in aliis tractatibus unam perlegunt, & perspicuitatem hic conciliant ipsa luxuriantia verba. Unde *Vinnium* Literatorem esse & Critica sectati judicat *Lynckerus*. Id vero non diffitendum: *Vinnium* multa debere *Bachovio* & (quoad Partitiones Juris) *Donello*, quorum nomina plerumque dissimulavit, doctrinis eorum novo condimento appositis. Verum quod aliis fecit *Vinnius*, & ipse postea expertus est: sunt enim qui subinde labores ejus omisso authoris nomine apponunt. Vid. *Beyeri Notitia Autorum Juridicor.* P. III. p. 97. sq.

Fridericus VICCIVS, Ecclesiæ Uratislaviensis Primariæ ad D. Elisabethæ Pastor, Ecclesiarum & Scholar. Aug. Conf. ibidem Inspector; hoc symbolo anagrammatico usus fuit: *Si Deus Crucifer, Vici.*

Franciscus VIRLINGIVS, Niffensis, Eccles. Mar. Magdal. Uratislaviæ Archi-Diaconus & Senior: *Fides Victoria Nostra. e)* Item: *Fero, Vero Nixus. ** Item: *Prudens Simplicitas, simplex Prudentia. ***

e) *Calagius* in *Octostichis Symbol. Theologor. Uratisl.*

* *Cunradi* L. IV. Epigr. Lit. b. 3. col. 1.

** *Frenzelius* P. I. Epigr. p. 64.

Matthias

Matthias VIRLINGIUS, Uratislaviensis, J. U. Cand. & Notarius Publicus Cæsareus: *Mens Virtute Viget.* f)

f) *Cunradi* Lib. IV. Epigr. Lit. c. 4. col. 2. Hic ipse est qui testamento 500. Thal. Siles. Gymnasio Mario-Magdalenzæ legavit, ut Professor Græcæ Linguae utatur annuo interusuario pro exercenda in dicta lingua juventute.

Philippus Reinhardus VITRIARIUS, Amplissimus Jctus & Professor Lugdunensis: *Pietate & Justitia.*

Georgius VITZTHVMB, Jctus & Consiliarius Appellat. Electoralis Saxonicus: C. C. C. C. C. i. e. *Contra Christum Cuncta Consilia Cadunt.* g)

g) *Krügerus* l. c. p. 107. b.

Theodorus VLMANNVS, Med. D. & Physicus Cassoviensis: *Tandem!* h)

h) *Cunradi* l. IV. Epigr. lit. b. 6. col. 1.

Erasmus VNGEPAVER, Jctus & Professor Jenensis Curiaëque Provincialis Assessor: *Jova Juvat, Juvit Jova, Idem Jova Juvabit.*

Nicolaus VOGELHAVPT, Torgaviensis: *Nitor Virtute Tonantis.*

Hieronimus VOGLERVS, Jctus & Consul Hamburgensis: *Constantis animi laus est, nec spe nec metu frangi.* i)

i) *Fabricius* P. I. Memor. Hamburg. p. 205.

Christophorus VORTMEIERVS, Scriba Regius in Dania: *Christus Vita Mea Scopus.* k)

k) Confer *Guil. Alardi* Reliquiarum Piarum P. II. Lit. P. 7. col. 2.

Albertus VOLCARTVS, Diaconus & Bibliothecarius Norimbergensis:

Dissolvi cupio, cupio convivere Christo:

Sis mihi mors lucrum, Vitaque Christus erit. l)

l) Vid. *Lexicon Eruditorum* p. 2429. In seinem Ambte hat er unterschiedenes merckwürdiges verrichtet, als nemlich 1618. hielt er zu Ortenburg einer Frauen, die 7. Männer nach einander gehabt, die Leichen Predigt aus dem 22. Matth. Und A. 1659. copulirte er ein Paar Eheleute, welche 55. Jahre einander gehabt, mit Genehmhaltung des Magistrats zum andernmahl.

Henricus VOLCKMAR, J. U. D. & Prof. Publ. Lipsiensis;
Miseriarum Portus Patientia.

Adolphus VORSTIVS, Medicinæ D. & Professor Leydenfis:
μηδὲν παροξῆν, μηδὲν εἰκῆ.

Everhardus VORSTIVS, Medicinæ Professor Lugdunensis Ba-
tavus: *Omnia serio.*

Abrahamus VRSINVS: *Dominus cogitat de me. m)*

m) Ex Psal XL v. 18. Vid. Aleutnerus l. c. p. 135.

Zacharias VRSINVS, SS. Theol. D. & in Academia Heidelber-
genfi Prof. Publ. *Depositum serua, & aversare profanos de rebus ina-
nibus clamores, & oppositiones falso nominatae scientiæ. n)*

n) 1. Timoth. VI. v. 20. Ex intemperie studiorum mortem sibi accele-
rasse dicitur apud Adamium in Vitis Theologor. p. m. 252. Literis enim
ita indefesse incumbibat, ut etiam Musæo suo hanc apponi curaret
Inscriptionem:

*Amice quisquis huc venis,
Aut agito paucis, aut abi:
Aut me laborantem adjuva.*

Hermannus VULTEJUS, Jctus Hassiacus: *Non timebo, quid
faciat mihi homo; Psal. LVI, 5. CXVIII, 6. Hebr. XIII, 6.*
W.

Adamus WAGNERVS, Scholæ apud Olavienfes Moderator:
In Silentio & Spe fortitudo vestra. a)

a) Fenckius l. c. Thimon, l. n. 9.

Tobias WAGNERVS, SS. Theol. D., Academia Tubingensis
Cancellarius perpetuus & Ecclesiæ Præpositus: *Innocenter, Patien-
ter & Constante.*

Antonius WALÆVS, Sacrarum Literarum in Lugdunensi
Batavorum Academia Professor Publicus: *Nescire velle, quæ Magister
maximus celare voluit, erudita inscitia est.*

Bernhardus WALDTSCHMIDIUS, Theolog. Francofurtanus
ad Moenum: *Memento mei Deus meus in Bonum, Nehem. XIII, 31.*

Michaël WALTHERVS, Sen., SS. Theol. D. & Superinten-
dens Generalis Ecclesiæ Lutheranæ in Frisia Orientali: *Qui seminant
in lachrymis cum exultatione metent; Psal. CXXVI, 5.*

Michaël

Michaël WALTHERVS, Jun., SS. Theol. D. & Professor Wittebergensis: *Nervi atqve artes sapientia sunt non temere credere; Cicero de Petitione Consulatus. c. X. & L. I. Atticar. Ep. XIX.*

Ananias WEBERVS, SS. Theol. D. & Inspector Ecclesiarum Scholarumque Orthodoxarum Uratislaviae: *Autori Vita Vivendum DEO. Wie er denn täglich pflegte zu sagen:*

*In Jesu mea Vita meo, mea clausula vite
Est, & in hoc Jesu Vita perennis erit.*

Immanuel WEBERVS, Juris & Philosophiae Doctor ac Professor Giffensis: *Deus pro nobis: quis contra nos?*

M. Johannes WEGELINVS, Pater, Theologus Augustanus: *Misericordia tua Domine prevenit me: Misericordia tua subsequatur me; Ps. XXIII. v. 6. & LIX. v. II.*

M. Josua WEGELINVS, filius, itidem Theologus Augustanus: *Confido! Jesum viventem veho.*

Georgius WEINRICHIVS, SS. Theol. D. Professor ac Superintendens Lipsiensis: *Propitia Trinitas mea est hereditas. b)*

b) Weinrichio in juvenantis adolescentiae carceribus omnis emergendi spes erat sublata, adempta, occisa; & tamen ille ad tantam pervenit frugem & honorem praeter Votum & expectationem, & suam & aliorum: quapropter hanc Dei summam in se extollendo bonitatem sapissime effusis lachrymis prosecutus est. Atque ad hanc sortem, divinitus sibi concessam, sine dubio alludere voluit suo illo symbolo, quod semper in ore & calamo habuit, dicendo scribendoque: PROPITIA TRINITAS MEA EST HAEREDITAS. Relictus enim a Parentibus, ab amicis, ab omni fortuna, a Domino susceptus, & bonis corporis & animae, terrenis & caelestibus, abunde condonatus atque cumulatus est; Vid. M. Josua Stegmannus in Orat. de Vita & Obitu D. Georgii Weinrichii, E. 2. Confer Calagium L. IV. Epigr. p. 151. Ubi egregium Symboli hujus Interpretem agit.

M. Martinus WEINRICHIVS, Gymnasii Elisabethani Uratislaviae Professor: *Parva quidem, sed tuta sequor. c)*

c) Calagius in Octostichis Symbol. Medicor. Uratisl.

Christianus WEIDLINGIVS, J. U. D. Com. Palat. Caesar. & Leucopetrae Gymnasii Rector &c. *Omnia ex Voluntate DEI.*

Chri-

Christianus WEDELIVS, Med. D. & Practicus Lubecensis:
Christo Victore Vinco. Item: ἡ ἐκείνη τῶν ἰδέναι τι εἰ μὴ ἴησεν χεῖρόν,
καὶ τῶτον ἐσαυρωμένον; 1. Cor. II, 2.

Eberhardus a WEIHE, Jctus & Professor Wittebergensis:
Fiat divina Voluntas. e)

c) Vide Georgii Tileni Poëmata p. 601.

Fridericus WEISIVS, SS. Theol. D., Superintendens Generalis
& Professor Theologus Helmstadiensis eximius: μακάριοι οἱ ἔργαῖς,
Matth. V, 5. Item: Alles nach Gottes Willen, hier beständig,
dort seelig.

Jacobus WELLERVS, SS. Theol. D., Concionator aulicus
Electoralis primarius, Consiliarius Ecclesiasticus & Confessionarius:
Vincamus Malum Bono, Rom. XII, v. 21.

Caspar Michaël WELSCHIVS, Phil. & J. U. D. *Christi Mun-*
datus Vulnere Duro.

Godofredus WELSCHIVS, Phil. & Med. D. Prof. Publ. Lipsien-
sis, ac facultatis Medicæ Decanus perpetuus: *Jesus mihi Omnia.*

Hieronymus WELSCHIVS, Medicus & Philosophus Augu-
stanus: *Soli DEO Gloria.*

Andreas WENCELIVS, SS. Theol. D., Pastor & Prof. Publ.
in Academia Viadrina: *Nil, præter cælum, desidero.* d)

d) *Nil præter cælum desidero: terra caducas*

Tantum habet, æternas mens mea querit oper.

Vide Weissium l. c. p. 14. & effigiem æneam D. Wencelii cum subscriptione:

Fortis ut in medio moritur certamine miles:

In media cælum sic quoque peste subis.

Victus, Victor ovas, meritam polcisque coronam,

WENCELI, cæli floridioris amor.

Val. Arithmeus in Lamentis Poëticis p. 534.

Petrus WENDIVS, Civis apud Olavienses Primarius: *Spes*
non confundit. e)

e) *Fenckius* l. c. Thimon, II, n. 6.

Johannes WENTZKIVS, Illustr. PPrr. Ligio-Bregensium
Consiliarius & ad S. Hedwigis Bregæ Diaconus: *In DEO Spes Mea;*
Zu Gott meine Hoffnung. f)

f) *Evolve Mylii Apophthegmata Morientium* p. m. 202.

Jo-

Joh. Angelus WERDENHAGEN, Jctus: *Jehova Salus Mea.* g)

g) Vide *J. B. T. ψυχολογίαν Veram* in Præf.

Bernhardus WERDMYLLERVS, Ecclesiæ Petrinæ Tiguri Pastor: *Sen vetus est verum diligo siue novum.*

Andreas WESENBECIVS, Jctus in causis forensibus exercitatus: *Pie & Late.*

Abrahamus WHELOCVS, Professor Linguae Hebr. & Bibliothecarius Cambridgensis: *Si pro veritate concertaturus es, veritas tibi in manu aderit.*

Johannes WIERIVS, Med. famigeratissimus: *Vince te ipsum.* h)

h) Vid. *Lexicon Eruditorum* p. 2503.

M. Jeremias WIGANDVS, Uratislaviensis, templi Elisabethani in Patria Pastor: *JESVS, Via, Veritas Vitaque.* i)

i) *Galagius* in *Octostichis Symbol. Theologor. Uratislav. & Cunradus L.* IV. Epigr. Lit. b. 7, col. 1.

Johannes WIGANDVS, SS. Theol. D. diversarumque Ecclesiarum Antistes & tandem Episcopus Pomezaniensis in Prussia: *Quemadmodum e Bove maclato reparantur Apes: Sic per Christi mortem parata est Ecclesia.* k)

k) *Christophorus Syngelius* ita hoc Symbolum explicavit:

Sicut apes bove maclato nascuntur, & agmen

Visceribus clausum murmura blanda ciet.

Sic nece salvifici fulgens Ecclesia Christi

Crescit, & Autoris læta trophæa canit.

Vid. *Orat. funebr. D. Conradi Schlüsselburgii de Vita & obitu D. Wigandi* fol. r. b. *Weissium* l. c. p. 4, sq.

M. Andreas WILKIVS, Gymnasii Gothani Rector: *Mirificavit Dominus Sanctum suum.* l)

l) Hic *Wilkius* a Viris in omni disciplinarum genere consummatissimis vocatur: *Venerandus Theologus, præstantissimus Philosophus, facundissimus Orator, elegantissimus Poëta, imo Plato & Philippus (Melanchthon) Thuringicus &c.* Vide *Epistolam Dedicat. Orationibus Wilkii* ab editore, *Georgio Hesso*, præfixam & subjunctam *Orationem doctissimi Joh. Weitzii, de Vita Wilkii, antecessoris.* Prælaudatus *Hessus*, Rector Gymnasii Gothani meritisissimus, de *Symbolo Wilkiano* ad *Weissium* sequentia perscribit: *Wilkius, Professor meus, pro Symbolo repetebat verba Psalmi IV, 4. Mirificavit Dominus*

Sanctum suum. Nam grati animi γνάρισμα continebant pro mire illo ductu, quo XVIII. annorum adolescens, a stiva & vomere ad scholam confugerat, & multa ferens faciensque ad summum hujus gradum pervenerat: ubi & patriæ & externæ Juventuti multum prodesset. Invenio ad beatissimi Viri effigiem hos versus:

Talis eram, Gothæ tractans illustria Musis
Gymnasia, & methodi dexteritate scholam.
Invide, quid mea tu carpis moderamina? nescis,
In me non hominem, sed valuisse Deum.
Olim quid mihi fers, pia Gratia? Sufficit unum:
FIDVS ERAT; referet cætera cuncta Deus.

Vid. *Weissius* l. c. p. 53.

Jeremias WILDT, Augustanus: *Quantum est quod ignoramus!*
Johannes WINCKELMANNVS, SS. Theol. D. & Professor
Primarius Gießensis, illud Christi Matth. V. v. 37. *Vester Sermo sit, est, est, & non, non.* Item illud Senecæ: *Ejus animus non est in recto, cujus dictis acta discordant.* Cum primis vero illud Psalmi LXXI. 16. *Eo in Virtute Domini.*

Johannes Josephus WINCKLERVS, Diaconus Templi Magdeburgensis Cathedralis: *πᾶς οὐρεὶ ἀλιθῆσεται.* Marc. IX. 49.

David WISNERVS, Pastor Primarius Laubanensis:

Ponit Vr In soLo spes Mea fIXa Deo. m)

m) Ex Psalmo LXXIII. in quibus verbis itidem numerus anni ejus natalis exhibetur; Vide *Hoffmanni* Vitas Pastorum Primariorum Laubaniensium p. 185. & *Hausi* Schediasma de Theologis Macrobiis Lusatis p. 43.

M. Christophorus WISNERVS, Davidis frater, Consul Laubanus: *Christi VVulneribus Mundor. n)*

n) Evolve *Hausdorffii* Encomia Consulium Laubaniensium p. 67.

Johannes WIRTH, Svidnicensis Silesius: *In via Virtus Sola Senescit. o)*

o) In quod ita lusit Zach. Hoffmannus:

Forma perit, pereunt Phialæ, perit annulus auro
Obductus, pereunt fulva metalla Tagi,
Gemma perit, pereunt preciosa monilia quique
Ante tuos crines condecorabat Onyx,
Purpureo pereunt radiantia pallia Cocco,
Tinctaque quæ Tyrio murice vestis erat!

IN-

INVIA sed VIRTUS revirescens SOLA SENESCIT

Nec Possessorem laude vacare finit.

Hac quicumque caret, caret omni laudis honore,

Post cineres nec ei vivida fama venit.

Verum qui veræ flagrans Virtutis amore

Illius intrepidus culmina summa petit,

Juro, hic æternam famam super Orbe paratam,

Sive superstes eat, seu moriatur, habet.

Vide *Ejus Anagrammata* ex duodenis Civium suorum nominibus collecta & Fr. ad Viadr. 1600. 4. edit. Lit. A. 4. col. 1.

Michaël WIRTH, Phil. & Jur. Doctor: **H**err nach deinem Willen.

Polycarpus WIRTH, Phil. & J. U. D. ac Prof. Publ. Lipsiensis:

Es ist alles nur ein Übergang: **D**rum hindurch!

Georgius WITHERVS, Anglus, Poëta Satyricus: *Nec habeo, nec careo, nec curo.* p)

p) Vide *Lexicon Eruditorum* p. 2524.

Otto Johannes WITTE, Johanni Friderico Brunsvic. & Lüneb. Duci a sanctioribus Consiliis: *Virtute & DEO volente.*

Hermann. WITSIVS, Prof. Theologiæ Lugdunensis: *In necessariis Vnitas. In non necessariis Libertas. In omnibus Prudentia & Charitas.*

Sigismundus WOISELIVS, Phil. & Med. D. & Physicus Reipubl. Uratislaviensis: *Sit Nomen Domini Benedictum.* q)

q) *Calagius* in Symbolis Phil. & Med. Doctor. Uratisl.

Johannes WOLFFIVS, Theologus Tigurinus: *Pietate & Labore.* Alii ferunt ipsum hoc usurpasse: *Ignorantia docta fons solidae doctrinae.*

Caspar WOLPHIVS, Medicus Tigurinus: *Non obduci fallaciis, non seduci blanditiis, non frangi Injuriis magnæ virtutis est.* Nonnullis vero Idem hoc usurpavit Symbolum: *Ἄγασθὴ διδάσκαλος & πῆρα,* & e Cicerone L. I. Off. c. XVIII. *Nec Medici, nec Imperatores, nec Oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quidquam magna laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt.*

Heinricus a WOLFF, Consiliarius Anhaltinus:

Mein Leben und Ende

Stehet in **G**ottes Hände. r)

r) Vide *Joachimi Boni* Conc. funebr. in ejus obitum.

Hieronymus WOLFIVS, Bibliothecarius Illustrium Fuggerorum & Professor Philosophiæ ac Linguarum Augustæ Vindelicorum: ἑλέησον ἡμᾶς, ὦ κύριε, ζῶντας τε καὶ θανόντας. s)

s) Deformi vultu, sed elegantissimo ingenio hic *Wolffius* fuit; unde *Salomon Frencelius a Friedenthal*, *Semita* IV. *Sylvæ* I. Epigrammatum, p. 303. de illo sic canit:

Wolffius hic situs est præstans *Hieronymus* arte,
Quem qui non novit, legit is hercle parum,
Centum huic si formæ dotes *Natura* negavit:
Ingenium contra munera mille dedit.

Et *Theodorus Ebertus* in *Elogiis* Jurisconsultorum & Politicorum Φιλοβραίων p. 31. ita:

Huic similem toto vidit nec *Sequana* regno,
Nec *Rhodanus*, quantis circuit arva vadis.
Scilicet omnigenæ patefecit hic atria linguæ,
Singulaque a *Clariis* artibus hausta dedit.

Conf. *Oratio Dresseri* de Vita *H. Wolfii*, & quos *Autores* allegat *Ebertus*, l. c. *Symbolum*, quod circa ipsius imaginem scriptum legitur in *Prolegomenis Operum Demosthenis & Æschinis*, *Commentario Wolffiano* ornatis ac editis *Francofurti ad Mœnum* A. M. DC. IV. *Schola Neandrina* sequentibus versiculis exposuit:

Ἰψιμέδων ἡμᾶς ἑλέησον, Κύριε χριστέ,
Ζῶντας ἔτ' ἐν κόσμῳ. ἠδὲ θανόντας, ἀμήν.
Ἄλλως.

Ἐξ ἐλεημοσύνης χριστὸς μόνον ἐστὶ δεχέσθαι,
Εὐσεβέως βίβην, μακαρίως θανεῖν. h. e.

O miserere, Poli Rex, nostri, *Christe Redemptor*,
In *Vita & letho*, ne pereamus, amen!
Aliter.

Ut pius hic vivas, vitam claudasque beate,
Solius est *Christi* commiserentis Opus.

Hæc *Weiffius* l. c. p. 49. sq.

Jacobus WOTTCKIVS, Prætor apud *Olavienses*:
Gott ist reich, und hat zu geben,
Zeitlich Gutt, und ewigs Leben. t)

t) *Jenckius* l. c. *Thim.* l. n. V.

Henricus WOTTON, *Anime fiunt sapientiores quiescendo.* u)

u) Vid. *Observationum Miscellanear.* T. II, p. 310.

Johan.

Johannes WOWERVS, Confiliarius Jo. Adolphi Holfatiæ Ducis: *Honesti Comes Ratio.*

Leonhard. WVREFFBAINIVS, Jctus & Senator Norimbergensis:

*Heu Vitam miseram terræ! quam cura, metusque,
Et spes affligunt, tandem mors dira resolvit. w)*

w) *Lexicon Eruditorum* p. 2540.

Z.

M. Petrus ZABLERVS, Ecclesiæ Leutschov. Pastor & V. Lib. Civitat. Hungar. Superior. Senior: *Nihil stabile futurum. a)*

a) *Exneri Sched. Poëtica* p. 94.

Hieronymus ZANCHIVS, *Sustine & abstine. b)*

b) *Popeblount* l. c. p. m. 54.

Wendelinus ZANIVS, *Virtus optatior Heroum regnis. c)*

c) Vid. *Zuberi Miscell. Epigr. L. V. p. 157.*

Nicolaus ZAPFIVS, SS. Theol. D. & Superint. General. Saxonicus: *Vivitur in Christo, Cetera mortis erunt.*

Wenceslaus a ZEDLITZ, Illustr. Pr. Ligio-Bregens. Confiliarius, ejusdemque Ducatus Capitaneus: *Sic vivas ut singulis momentis exspectes gloriosum adventum filii DEI, retinens fidem & bonam Conscientiam. Titum II, 13. 1. Timoth. I, 19.*

M. Johannes ZECHENDORFFIVS, Rector Cygnensis: *Alles zu Gottes Ehren. d)*

d) *Ludovici Schul-Historie* P. V. p. 89.

M. Johannes ZEIGERVS, Rector Scholæ Hertzbergensis:

Μόνος ὁ Ἰησοῦς κέντηρον ζηήσεως Μ8!

Meditando Jesum contemno Zizania Mundi. e)

e) *Evolve Ejus Wittenbergische Geistliche Liebes- und Buß-Gedanken post Præf. s. Dedic.*

